



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1869

De S. Juniano Anachoreta, Et De Ejus Magistro S. Amando In Agro
Lemovicensi In Gallia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67915)

A r Variam hic esse lectionem recte animadvertit Theod. Ruinart. Rhenanus codex quidem cum nostro textu convenit, nisi quod pro construitur habeat constituitur. Colberti codex primus: Expletum est cum gaudio, quod petebatur. Ordinatur pontifex, etc. Sic fere habet alter Colberti codex; sed Lorichius: Expletur gaudio ob id quod petebatur pontifex Dei. Construitur ecclesia, etc.

s Qui cum vincti, etc.; Chiffletius et alii tres editi: Qui cum e vicino currentibus Mauris sese mutuo conspicerent: Vale, etc. Sic etiam legisse videtur Ado, qui loco jam laudato sic habet: Vicino currentibus indomitis equis, Vale sibi, etc.; nihil dicens de Maurorum plactu. Sed et pro plangentibus Mauris, aliqui codices habent, plaudentibus Mauris. Utraque lectio ferri potest. Nam barbari illi, vel quod, ut supra dictum est, ad fidem essent conversi, vel naturali omnibus hominibus commiseratione, ut alias saepius in Martyrum agonibus evenit, ægre poterant videre homines tam atroci supplicio afflictos, maxime quod illud adeo patienter ferrent Martyres. Plaudere etiam poterant præ gaudio, quo affici solebant homines, cruentorum spectaculorum certaminumque avidissimi. Hæc Theod. Ruinart.

t Ex hoc Victoris loco insinuari putat Stephanus

(a) Afr. Christ., tom. I, p. 110. — (b) Baluz. Suppl. Conc. Labbei col. 242. — (c) Ibid., col. 208. — (d) Labbe, tom. VI Conc. col. 148. Hæc nempe epistola scripta a Guloso et cæ-

teris episcopis Provinciae Proconsularis ad Paulum patriarcham C. P. in concilio Lateranensi an. 619 recitata fuit.

Morcelli (a), existisse in Mauritania, nec longe a Tabraca, civitatem, Buroniam nomine, cujus episcopus Faustus fuerit. Sed Comm. præv. n. 30 diximus de situ hujus civitatis nihil erui posse e Fausti testis oculati præsentia. Theod. Ruinart, annotat quod pro Fausto aliqui Faustinum scribant, et pergit: Major est difficultas de ipsius sedis nomine. Omnes fere habent, Buronitanus. Legendum forte Buconitanus. In Collat. Carthag. c. 198 (b) adfuit Donatus episcopus Bucconiensis ex parte Donatistarum. Bucconia autem urbs eras Numidiæ: nam inter hujus provinciæ episcopos recensetur in Notitia Africana Vitalianus Buccuniensis. Anonymus Ravennas inter urbes Mauritaniam, quam Galditanam appellat, lib. III, n. 2, Turrem-Buconis memorat. An ex ea Buconitanus dictus est episcopus? Porro Colb. 2 Lorichius et alii habent Burunitanus. Adfuit in Collatione Carthaginensi cap. 133 (c) Donatus episcopus plebis Buritanæ; quam urbem incertæ provinciæ fuisse dicit Norisius in censura Garnerii, quamvis eam ad Proconsularem pertinuisse suspicetur, eamque ipsam esse, cujus episcopus Cresciturus Busitanus subscripsit synodice in Concilio S. Martini actione II (d). Sed hic episcopum aliquem e Mauritania indicare, uti videtur, Victor voluit.

DE S. JUNIANO ANACHORETA, ET DE EJUS MAGISTRO S. AMANDO

IN AGRO LEMOVICENSI IN GALLIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

C § I. Cur de S. Amando Commodoliacensi hic agatur; distinguitur a S. Amando Genuliacensi; illius patria, ortus, et tempus mortis.

CIRCA ANNUM
D.

Quare de
S. Amando
Commodoliacensi hic
agatur.

Priusquam ad gesta Sanctorum Amandi et Juliani evolenda digrediamur, ratio danda videtur, cur S. Amandum Commodoliacensem ejusque discipulum Junianum uno capite fuerimus complexi. Negandum quippe non est, S. Amandum non præsentis die religiose coli, et ad XXV Junii de eo jam a prædecessoribus nostris altissimum actum fuisse. Verum quæ digesta illic fuerunt, aliquando omnino renovanda sunt. Cujus rei causa est, quod, cum Henschenius aggressus esset Vitam S. Amandi Genuliacensis, qui dicta die XXV Junii celebratur, illustrare, atque adeo examinandum suscepisset Sanctus ille Amandus distinctus foret a magistro S. Juniani, operi immortalis est. Inchoatum opusculum absolvendum admisit Papebrochius; at in suo quam in alieno opere sagacior, imperfectum Henschenianæ lucubrationis non attendit, et continuo S. Amandum Commodoliacensem cum Genuliacensi confundens, pauca apposuit, et qualemcumque descriptionem typis credidit excuden-

dam. Neque primi sumus in illa Henschenii et Papebrochii redarguenda opella. Jam pridem decessores nostri Pinius et Stillingus in Prætermis ad diem XXVI Augusti (a) mentem suam de hac manifestarunt his verbis: Apud nos tomo V mensis Junii, die XXV ejusdem mensis pag. 78 actum est de SS. Amando et Domnoleno Gimeliaci in Petragoricis, et ibidem e Vita S. Juniani Commodoliacensis, danda, ut ibi dicitur, ad XVI Octobris, profertur fragmentum de S. Amando Commodoliacensi: quod dum contuli cum lectionibus ejus supra allegatis, congruentiæ, quæ in his, et in isto fragmento occurrent, mihi suadent, in utraque narratione relucere S. Amandum Commodoliacensem: ut mirum appareat, tunc illud fragmentum ibi relatum fuisse, loco utique, prout nobis videtur, non suo. At de hoc Sancto, ac præsentis controversia tractari poterit in supplemento Operis, si posteris nostris videbitur. Verumtamen hic loci potius, quam in supplemento to-

(a) Acta SS., tom. V August., p. 762.

A *tius Operis, hæc tibi dirimenda est, quoniam S. Amandi Commodoliacensis vita omnino innectitur vitæ sui discipuli Juniani: unde omnium aptissimum visum est, universa magistri gesta in præsentibus illustrare Commentario; ne ter quaterque de eodem Sancto per particulas dicendum sit.*

Distinguitur
ab alio S.
Amando,

2 Ante omnia probe inter se distinguendi sunt S. Amandus Genuliacensis, et S. Amandus Commodoliacensis, S. Juniani magister: quod ut liquido fiat, prius S. Amandi Genuliacensis diem et locum cultus, et dein locum habitationis cum tempore vitæ discutimus; inde ad S. Amandi Commodoliacensis gesta progressuri. De die, quo Genuliacensis Amandus colitur, quæstio movenda non est; cum inter omnes conveniat diem xxv Junii esse. At locus cultus intricatissimus in Opere nostro factus est, ex sequentibus, quas ad dictam diem producit Henschenius, annuntiationibus: Molanus in secunda et tertia editione Usuardi cum suis additionibus ista habet: « In Gemeliaco, natalis SS. Amandi et Domnoleni Confessorum. » Et de Amando seorsim ita Ms. Barberiniano: « In Genelaico » natale S. Amandi Confessoris. » Verum « in Geniliaco » scribitur in Ms. Adone Leodiensi S. Laurenti, et « Genuliaco » in Ms. Florario. At loco non expresso « S. Amandus Confessor, » in Ms. Florentino Magni Ducis, et Ms. Coloniensi S. Mariæ ad gradus, est relatus. Qui perperam etiam Amandus sive Amantius episcopus scribitur. Hactenus Henschenius: cujus dictis ex Solle- riani Usuardi Auctario addi licet secundum codicem Montis-Sancti: In Gemeliaco, natalis S. Amandi Confessoris. Molano saffragatus est Papebrochius, SS. Amandum et Domnolenum Gimeliaci in Petracoricis cultos affirmans.

qui die xxv
Junii non
Gimeliaci
sed Genuliaci
colitur;

3 Atque hic jam primus error apparet, videlicet SS. Amandum et Domnolenum Gimeliaci sacro observari cultu. Sunt quidem plura hujus nominis loca; nam, ut tacem vicum diocesis Namurcensis, olim abbatia celeberrimum, qui jam Gimeliacum, jam Gemblacum, optime vero Geminiacum (ut ex Historia prisci Belgii (a) Cl. Schayes colligere est), scribitur; habebat S. Ruricius I, Lemovicensis episcopus, cujus Acta ad xvii Octobris illustrabimus, diocesim seu parochiam Gemiliacensem, quod ipse testatur in suis Epistolis: Quamobrem, inquiens, studio caritatis, non cupiditatis, has ad sanctitatem vestram presbyterum meum pro diocesi Gemiliacensi, unde jam pridem vobis scripseram, destinavi (b). Tertium Gimeliacum vicum in Petragoris fuisse, liquet e Vita S. Eustitii, quam ad v kalendas Decembres explicabimus, et in qua hæc occurrunt verba: Hic igitur Petragorix urbis indigena, apud Gimeliacum vicum natus et altus est (c); quem locum nunc Gemby aut Gemeliac nuncupari testis est auctor Geographix Legendarum Sanctorum (d). At nullus ex tribus his Sanctorum Amandi et Domnoleni cultu vicis sacer est. De Gimeliaco Belgio dubium moveri nequit; neque valet utrumque reliquum. Etenim, teste Gaufrido Vosensi (e), circa an. 1184 (quo fere scribebat Gaufridus) S. Domnolenus, non in Petragoricis, neque in agro rurali Lemovicensi, sed ipsis Lemovicibus requiescebat: Urbem itaque nostram, ait Gaufridus, post diocesim repetamus... In ecclesia S. Gregorii juxta monasterium S. Andreae tumulus cernitur S. Domnoleni ejusdem, quem Gallia Christiana (f) ab anno 1534 juxta Lemovicas jacere

forte cum
his

C

(a) Les Pays-Bas avant et durant la domination Romaine, tom. II, p. 494. — (b) Lib. II, epist. 6, in Lect. Antiq. Henr. Canisii, edit. Basnag., tom. I, p. 384. — (c) Vita S. Eustitii seorsim excusa et desumpta ex vet. cod. Ms. Biblioth. regie Parisiensis. — (d) pag. 54. — (e) Bibl. nov.

trahit. Unde evidens est non recte S. Domnolenum Gimeliaco adscribi. Neque est cur moram injiciat auctoritas Henschenii, objicientis hæc itidem ex Gaufrido desumpta verba: Beatus Dominicus in basilica S. Stephani juxta castrum de Gimel requiescit; cum nomina Dominicus seu Dominus et Domnolenus distincta prorsus sint; ille die xiii Novembris (g), hic die xxv Julii (h) colatur; neque Gaufridus temere contradictionis arguendus sit, quasi unum eundemque Sanctum in Ecclesia S. Gregorii et in basilica S. Stephani sepultum dixisset. Hinc itaque liquet annuntiationem illam Molani, qua SS. Amandi et Domnoleni cultus Gimeliaco adscribitur, et quam Papebrochius et Henschenius fuerunt amplexi, certissime erroneam esse, quantum pertinet ad S. Domnolenum. Contra, cum reliquæ omnes citatæ commemorationes hujus navi sint expertes, et e lectionibus variantibus ex seligendæ sint, quas contextus aliaque adjuncta probent, nemini dubium fore autumo, quin Genelaico, Geneliaco, aut, quod apprime rectum est, Genuliaco donandus sit S. Amandus, qui die xxv Junii colitur.

4 Atque id quidem manifestum omnino fit ex eo, quod olim Genuliaci commoratus sit vir sanctus, nomine Amandus. Est scilicet in diocesi Petragoricensi locus, cui vulgare nomen Genouillac, et in quo Gallix Christianæ collectores (i) et Ruinartius in sua S. Gregorii editione (k) Sanctum Amandum cum SS. Soro et Cypriano sub abbate Savalo prima monastica stipendia meruisse perhibent. Neque injuria hanc Genuliacensis Monasterii traditionem amplexi sunt: in fragmento enim Vitæ S. Amandi, quod Labbeus (l) edidit, hæc ipsissima reperio verba: Igitur præfatus vir Dei Amandus juxta nominis sui etymologiam, amatus a contribulibus amoris divini indeptus tyrocinia istiusmodi est divina aggressus. Cum esset miles multum nobilis ex pago urbis Lemovicinæ oriundus, montibus videlicet pristinis, ubi etiam monstratur illius hereditarius fundus, ab his digressus montibus, relictis facultatibus, omnem monasticam normam est nactus. Nam humilia expetens a montibus sublimibus (Lemovicensibus scilicet) ima vallium adiens descendensque agello Petragorico nuncupante GENOLIACO, ubi tunc agmina monachorum degebant sub abbate Savalo et rege Clotario, juncto sibi Soro Arvernico viro sanctissimo atque Cypriano Dei electo, una devotione unanimis, uno diei articulo comam capitis deponentes, sanctæ religionis sese mancipaverunt in obsequium, citoque ad virtutum culmen evecti ob theoreticam gratiam solitudinem elegerunt: quæ verba commentario non indigent. Colitur S. Sorus die 1 Februarii, et S. Cyprianus 1 Decembris.

5. Ex Vita S. Sori, ad ineuntem Februarium edita, plura de hoc eodem S. Amando discere licet. Cum nempe S. Sorus, quem in monastica vitæ proposito socium habebat S. Amandus, cernebat anxietatem atque tumultum hominum confluentium Genuliacum, atque adeo brevi hinc discederet, illum secutus est individuus comes S. Amandus trans fluvium Viseram* inferiorem, et in infimo tractu, quem Dordonia et Visera intercipiunt, terni separatim sibi elegerunt locum. Terracini habitasse perhibetur S. Sorus, et cænobii, quod ibi fuit, auctor et patronus dicitur. S. Cyprianus prope Dordoniam in loco, qui nunc a suo nomine Fanum S. Cypriani audit, cellam suam habuit, et ut in ejus narratur

D

ubi monasti-
cam ducit
vitam;

E

F

unde postea
ad locum,
abbatia de
Coti cele-
brem, trans-
gressus.

* La Yèsère

Mss. Labbe, tom. II, p. 286. — (f) Tom. II, col. 539. — (g) Martyrol. univ. Cl. Chastelain ad dict. diem, et Labiche de Reignefort six mois de vies de SS., etc. tom. III, p. 41. — (h) Breviar. Lemovic. anni 1626. — (i) T. II, col. 1536 et alibi. — (k) Col. 980. — (l) Bibl. nov. Mss., tom. II, p. 481.

Vita,

A *Vita*, ab ejusdem loci fratribus affectuose receptus, tandemque electione fratrum circumquaque manentium ad presbyteri officium est assumptus; qui presbyteratus cum abbatis munus complecti videatur, assentitur Papebrochius addenti: eorumque factus est abbas. Medius inter S. Cyprianum et S. Sorum, ad hunc tamen propius, (non Gimeliaci, ut aestimavit Papebrochius, sed in loco ubi sæculo elapso exstabat adhuc abbatia S. Amandi de Coli), sedem sibi elegit S. Amandus, non vitæ solitariae propositum ad extremum usque vitæ terminum ita retinens, ut unum, (Junianum intelligit, sed male), discipulum susceperit (a); sed ut saltem ad instar SS. Sori et Cypriani plures admiserit suæ vivendi normæ sequaces, forte non sub uno tecto, sed dispersos et circumquaque manentes. Quod vitæ genus in Lemovicensi, Petragoricensi, Arvernensi atque aliis Gallia agris sæculo VI et VII communissimum fuisse videtur. Sanctum Amandum autem plurimis discipulis præfuisse constans traditio argumento est, illudque testantur Gallia Christianæ scriptores, qui cum loci abbate egerant; et quidem ipsa abbatia quæ S. Amandi nomen ab auctore suo et patrono habet, cujus festum agitur VII kalend. Julii (b); non vana probatio est. Hæc de die et loco cultus, deque patria et monastica vita S. Amandi Genuliacensis. Jam de ejusdem ætate.

B 6 Quantumvis S. Sori Vita, cujus jam memini, et quam Bollandus ad 1 Februarii, Labbeus in Bibliotheca nova Mss. (c) ediderunt, fabulis immixta foret, ut innuit Claudius d'Estiennot citatus in Gallia Christiana (d), qui se alteram, cui narratio de morbo elephantico regis Guntramni deest, habuisse profiteri videtur, eam tamen omnino damnare iniquius foret, neque eam damnarunt Gallia Christianæ concinnatores. Quapropter hæc saltem eæ ea admittenda videntur, quæ omnino verisimilia sunt: porro finem versus istius Vitæ hæc reperire est: ad ejus (S. Sori) obitum præsentibus adfuere sancti viri Amandus et Cyprianus. Unde planum est S. Amandum Genuliacensem superstitem fuisse sancto Soro, ac proin ex hujus ætate illius ætatem colligi posse. Jam vero siue Guntramnus, regnum anno 561 adeptus, S. Soro necessaria ad monasterium construendum ministravit, ut edita S. Sori Acta habent; siue Gocundus Lemovicarum princeps, Pelagia conjux et Aredius filius id præstiterunt, ut referunt, inquit D'Estiennot, ipsius S. Sori Acta inedita, et subsobscure consentiunt Gaufredus apud Labbeum (e), et Bernardus Guidonis itidem apud Labbeum (f), consequens est S. Sorum atque eo magis S. Amandum Genuliacensem post medium sæculum VI obiisse. Etenim S. Aredius, qui anno 591 obiit, cum donum suum misit, abbatiale jam tenebat pedum, ut liquet ex edita S. Sori Vita: Beatus Aredius (ea illic leguntur verba) tunc temporis abbas... in adjutorium ædificii ostium ei (S. Soro) opere cornificio aptatum misit. Unde, cum secundum Mabillonii computum (g) S. Aredius monasterium suum circa annum 572 condiderit, aut certe id fecerit post annum 550, ut liquet ex ejus Vita in Opere nostro (h), oportet ut S. Sorus et proin S. Amandus ejus socius medio sæculo VI adhuc viveret. Si vero Guntramnum S. Sori benefactorem facias, manifestius etiam fit S. Sorum et consequenter S. Amandum Genuliacensem non ante annum 550 e vivis decessisse; cum ille, annos natus 36, regnum tantum adeptus sit anno Christi 561, et supremum obierit diem anno 593. Neque tantum ex Vita edita

S. Sori, constat pientissimum hunc virum Guntramno coævum fuisse; verum ex hac Vita liquet, id in anteriori quoque fuisse adstructum. Numero scilicet 12 legere est: Igitur, UT EX IPSIUS (S. Sori) PATET GESTIS, hic Beatus temporibus exstitit Gontranni quondam potentissimi ac sanctissimi regis... Et quidem pro communi scriptorum calculo refertur mors S. Sori ad annum 580; quo proin posterior esset obitus S. Amandi Genuliacensis. Superest ut inquiramus in diem locumque cultus, gesta et ætatem S. Amandi Commodoliacensis.

7 Gaufredus Vosiensis in Chronico (i) luculenter adstruit S. Amandi cultum, quam inferius aliunde quoque certum omnino faciemus: Commodoliacenses, inquit chronologus, Juniano jubiliant cum Amando præceptore suo. Est autem Commodoliacensis venustum diocesis Lemovicensis (dép. Haute-Vienne) oppidulum, vulgari nunc nomine Sancti Juniani (St-Junien) appellatum, jacens ad Vigenne (Vienne) ripam, et celebre olim ecclesia collegiata, ut inferius innotescet. Neque minus certus est dies cultus, ut liquet ex his, quæ inter recensendos Prætermisissos ad diem xxvi Augusti (k) scripserunt decessores nostri: "In festo S. Amandi Confessoris duplex primæ classis die vigesima sexta Augusti" Officium proprium, cum Octava invenimus inter nostras schedas Mss. de Sanctis ejusdem diei: quod Officium R. P. Godefrido Henschenio misisse indicatur in nostro apographo Armandus Gerard canonicus Sarlatensis anno 1664: "ex traditionibus, uti prænotatur, ecclesie Sancti Juniani." Laudatus vero R. A. D. Gerardus in fragmento litterarum suarum... scribit ista: "Officia Mss. SS. Amandi Confess. xvi Augusti, et Juniani xvi Octobris... accepi ex ecclesia collegiata S. Juniani in Lemovicibus." Quibus decessorum dictis fidem addere possumus ex ipsis, quæ adhuc supersunt, hic citatis documentis. Præterea Collinus, Commodoliacensis seu San-Junianensis canonicus, catalogum olim dedit ad nostrates, de quo mentionem facit in nota Ms. Bollandus; atque in eo S. Amandi festività nuntiatur, ad toties dictam diem xxvi Augusti apud Commodoliacenses agenda. Hæc autem dies absque dubio S. Amando sacra facta, est ex inventione seu translatione ejus Reliquiarum, ut liquet ex Antiphona ad Benedictus quæ sic num. 11 ejus Officii sonat: Hodie canonicorum devotio et sanctæ manus sanctum corpus invenerunt Amandi et transtulerunt... Cujus ritus esset hæc solemnitas, patet ex modo dictis.

8 Mirum vero omnino est, quem paulo ante nuncupavi, Collinum in Historia Sanctorum Lemovicensium S. Amandi Commodoliacensis Vitam edidisse ad xxv Junii, qua colitur S. Amandus Genuliacensis, non autem ad diem xxvi Augusti; quod forte ab eo actum est, quod illusum fuit sicut Henschenius et Papebrochius, ambos Amandos confundentes; aut quod sibi obsecundandum esse credidit populo Lemovicensi, qui alicujus S. Amandi festum in Kalendariis Lemovicensibus ad diem xxv Junii, minime ad xxvi Augusti legebat. Difficultas scilicet non silenda hic latet: in diocesi Lemovicensis fastis sacris unum tantum occurrere Amandum eumque coli xxv Junii; unde consequens videtur unum quoque tantum in Lemovicibus aut vicinia exstitisse; quod eo magis urgeri potest, quo magis mirum foret Genuliacensem aut Petragoricensem coli in diocesi Lemovicensi, et in eadem non coli Lemovicensem.

D

noster vero S. Amandus colitur Commodoliaci, seu ad S. Juniani, xxvi Augusti,

E

F

licet erronee aliter scripserit Collinus,

(a) Act. SS. ad xxv Junii, p. 79. — (b) Gall. Christ., tom. II, col. 1536. — (c) Tom. II, p. 666. — (d) Gall. Christ. tom. II, col. 1392. — (e) Bibl. nova Mss., tom. II, p. 280. — (f)

Ibid., p. 631. — (g) Annal. Benedict. ad an. 572, num. 48. — (h) Act. SS. ad xxv Aug., p. 171 et seqq. — (i) Labbe Bibl. nova Mss., t. II, p. 285. — (k) A. SS. Aug., t. V, p. 702.

Respon-

A

Responsum in promptu est: nihil enim interdum mirabilius esse, quam cultum quem Sancti in quibusdam locis, non in aliis, obtinuerunt, omnibus hagiophilis innotescit, et ne late discurramus, specimen cominus est. Sanctus Amandus scilicet, quem a loco, cui ejus cultus assignatur, Genuliacensem dixi, in nullo Martyrologio aut Auctario, in quantum novi, refertur ad monasterium de Coli, cujus tamen auctor et patronus habebatur, aut ad Lemovicis unde fuerat ortus, sed ad Genuliacum, ubi non ita diu fuit commoratus. Præterea cum hic Sanctus natione Lemovicis sit, non sane miraberis eum in patria honorari; cui admirationi tanto minor subesset ratio, quo clariora fuerint ejus miracula, et proin cultus. Cujus assertionis testem invoco ejus biographum sic in prologo loquentem: Scripturus de vita Beati

* supple non

B

Amandi, nonnulla aggredior: ut gesta illius incomprehensa mortalibus per ordinem texere contendam, sed ut ejus conversationis primordia (quæ sane ex S. Sori Vita noscebat) et aliquantorum miraculorum indicia supremaque sanctitatis edisseram. Enimvero quis ad liquidum illius evidentem promere sufficiat actum, cum necdum miraculorum ejus multigenum deprehendatur chaos. Hæc ex sæpe citato fragmento desumpta cultum innuunt, qualem nunquam habuisse videtur S. Amandus Commodoliacensis, cujus etiam corpus usque ad finem fere sæculi XI oblivione et terra obrutum jacuit, ut postea videbimus. Verum ad S. Amandi Vitam stylum jam vertamus.

Dicitur hic S. Amandus filius regis Hungariæ,

9 Ex pluribus Sancti Amandi biographiis, de quibus dicemus postea, frustra eruere conaberis hujus Sancti patriam, si unum opusculum gallicum Collini San-Junianensis Canonici, cujus jam meminimus, excipias. Hic scilicet S. Amandi Reliquias memorans, profert inscriptionem quam ad medium sæculum undecimum refert; sic sonat hæc inscriptio: Hic sunt ossa, sudarium et cineres Sancti Amandi filii Regis Hungariæ. Cum autem litteræ sæculi undecimi sat facile a recentioribus vulgo distinguantur, et Collinus multos Mss. codices tractaverit oporteat, ejus testimonium admittendum esse videtur, et proin referenda inscriptio ad annum 1075, quo sacrum ejus corpus detectum fuit, ut num. 19 ostendere conabimur. Unde vero sæculo XI rescitum fuerit S. Amandum filium regis Hungariæ fuisse, non facile determinaveris. An inscriptum erat sepulchro, in quo S. Junianus suum magistrum condidisse dicitur? An ipsi Commodoliacenses sæculo XI illud sibi imaginati sunt? Licet dictio: Regis Hungariæ, non autem Regis Hunnorum, aut Hungarorum suspicioni subjaceat, posterius tamen affirmare mihi non placet, quoniam in hoc supposito illud inscripsissent absque dubio Vitæ aut Officio S. Amandi, quod a fabulis satis purum est. Ad prius autem quæsitum affirmanter respondere, idem ac aleam jactare quibusdam forte videbitur. Nihilominus Hildebertus Cenomanensis in Vita S. Hugonis Cluniacensis in loco, quem num. 18 integrum recitabo, tradit S. Amandi sepulchro aliquam inscriptionem impositam fuisse.

quod si ad verbum intelligeretur, eum filium Attilæ faceret;

10 Verum si quis admittat prioris inscriptionis veritatem, caveat ne vocabulum Rex intelligat prout in hodiernis hominum auribus sonat. Late jam plures ostendere tentarunt, sæculis quinto et sequentibus, idem id esse ac vocabulum Dux. Et quidem si S. Amandus filius diceretur regis totius Hungarorum gentis, filius ipsius Attilæ, qui medio sæculo v Galliam vastavit, statuendus foret. Docet scilicet Johannes Thworcez in Chronicis Hungarorum (a)

Hungarorum capitaneos Belam, Keme et Kadicham in prælio anni 401 apud Kesmawr occubuisse, et sequenti pagina addit Attilam dumtaxat, qui Hungarico idiomate Ethele dictus est, et Budam fratrem ejusdem supervixisse, eundemque Attilam unanimi voto regia dignitate elatum fuisse. At licet gratia divina multifaria sit, licet ipse Attila ab eremitis, teste eodem Thworcez, non abhorruerit, et eodem auctore (b), cui assentit Petrus Ranzanus (c), multitudinem filiorum suscepit, absurdum foret S. Amandum filium Attilæ assignare; quoniam in hoc supposito, Ruricius episcopus Lemovicensis (de quo modo plura) id sane aliquando in suis litteris meminisset. Si itaque S. Amandus natione Hungarus fuerit, alicujus ducis sub Attila militantis filius dicitur oportet.

11 Porro quoniam S. Amandus a quibusdam Hungarus habitus est, atque exeunte sæculo v vitam eremiticam est amplexus, inde sane profuxit traditio, quam Collinus quoque refert, et qua Sanctus noster (quem tamen Arianum fuisse negant) vel sub Alarico rege Gothorum, aut Clodoveo Francorum rege stipendia meruisse perhibetur. Verum licet utraque suppositio cum chronotaxi modo proponenda non pugnat, siquidem Clodoveus anno 486 arma sumpsit, et Alaricus II anno 484 regnum obtinuit, nescio num eruditus placitum sit Hunnum Gothorum aut Francorum castris annuere, cam caduca traditio tantum id adstipulatur.

12 Quidquid tandem in sæculo egerit S. Amandus, certum est eum Commodoliacum secessisse, vitam eremiticam ducturum: qui secessus ante annum nonagesimum post quadringentesimum certo contigit. Ruricius enim Lemovicensis præsul, senior dictus, ut a succedente sibi nepote distinguatur, ante annum quingentesimum decimum obiisse traditur; quod ad XVII Octobris latius examinabimus. Jam vero si S. Amandus decem saltem annis ante S. Ruricium I obiisse dicatur, a vero aberrari non potest, quoniam S. Junianus in omnibus monumentis fertur S. Ruricium secundum, juvenem adhuc superbix fastu elatum, post mortem S. Amandi, liberasse a demone aut a morbo. At cum hic Ruricius avo suo successerit in sede Lemovicensi, nec continuo post suam liberationem, aut vitæ emendationem, hunc honoris gradum ascendisse videatur, merito sane refertur S. Amandi mors ad annum circiter 500. Si vero decem anni vitæ eremiticæ assignentur, eumque proin non post annum 490 Commodoliacum venisse statuatur, pauciores fere annos quam exigunt S. Juniani instituendi labor aliaque gesta, istic degisse affirmatum fuerit. Etenim cum Ruricius I circa annum 484, (ut ex Stiltingo nostro Vitam S. Fausti Regiensis ad xxviii Septembris illustrante num. 270 et 288, ubi Epistolam ix Fausti partim recitat, liquet), Lemovicensem sedem obtinuerit, et Sanctus Amandus, sub ejus episcopatu Commodoliaci fuerit detectus, postquam aliquamdiu latuisset, licitum forte videbitur initium S. Amandi vitæ anachoreticæ etiam ante annum 490 referre. His itaque evolutis, si ad propositam quæstionem redeamus, quis non viderit S. Amandum Commodoliacensem non tantum die et loco cultus, patria (in quantum traditioni est fides) atque habitationis loco distinctum esse a S. Amando Genuliacensi, sed inter utrumque aut integrum, aut saltem dimidium sæculum effluisse? Superest ut reliqua, quæ de Sancto Amando innotescunt, exponantur; at primum de biographis.

D

E

F

(a) Scriptor. rer. Hungaricarum, tom. II, p. 60. — (b) p. 76. — (c) Scriptor. rer. Hungaric., tom. II, p. 346.

A

§ II. Biographi S. Amandi Commodoliacensis; ejus gestorum compendium et Bernardo Guidonis; Reliquiarum inventio a S. Hugone Cluniacensi facta, earumque cultus.

Recensentur fontes,

Joannes Collinus canonicus theologiae San-Junianensis, cujus jam meminimus, anno 1657 publici juris fecit Vitam beatorum Amandi et Juniani anachoretarum, ex veteribus ecclesiae monumentis. Idem anno 1673 duplex edidit opusculum: Florilegium sacrum Lemovicense, et alterum gallicum: Historiam sacram Vitarum Sanctorum Lemovicensium. Bonaventura de Sancto Amabili Carmelita in opere suo, anno 1676 excuso, de Apostolatu S. Martialis, de Sanctis Lemovicensibus sermonem quoque habens, agit procul dubio de SS. Amando et Juniano; at nullum nobis desiderium ingerit ejus descriptionis absentia, quoniam fieri nequit, ut pluribus quam Collinus usus fuerit documentis. Tertius, qui Sancti Amandi Vitam consarcinavit, est Bernardus Guidonis Lodovensis episcopus, ex Ordine Praedicatorum, cujus Speculum Sanctorale, quod inter vetera legendaria optimum videtur (in quantum ex editis Vitis aestimare licet), Aviniono in bibliotheca urbana Ms. exstare falso nuper tradidit Haenel in Catalogis Bibliothecarum. At cum olim illic assereretur, edidit ex eo Benedictus Gononus Vitam SS. Amandi et Juniani. Ejusdem Vitae apographum exstat Bruzellis in Bibliotheca Burgundica regia, desumptum ex codice Ms. Pragensi, et collatum cum autographo. Ex annotatione Ms. Bollandi colligo breviorum Vitam existisse in Ms. codice Rubae Valli; at minoris pretii eam existimavit, quam ut ad finem usque cum autographo Pragensi conferret.

unde S. Amandi vita cognoscitur;

C

14 In Bernardi Guidonis opusculo mentio fit codicis San-Junianensis his verbis: Cujus corporis Sancti Amandi inventionis in praedicto loco et translationis ab eodem, et miraculorum gestorum series et historia diffusius scripta ibidem legitur et habetur, et Sancti Amandi etiam nominatur. Haec Historia S. Amandi ipsum Officium est, quod edemus; quodque proin certo ad saeculi XIV initium referendum est, nisi potius, ut libenter aestimo, ad initium saeculi XII, triginta forte annis post corporis inventionem. At pauciora illic de S. Amandi in terris viventis gestis: omnium plurima profert Bernardus Guidonis, potissimum S. Juniani Vita usus. Haec autem S. Juniani Vita, quam Commodoliaci audivit S. Hugo Cluniacensis abbas, omnium antiquissimum monumentum est: cui tamen saeculo, utrum VII an VIII, illiganda sit, non liquet; tametsi extra dubium est insignis ejus vetustas. Hanc Vitam Cluniaci olim descripsit Papebrochius: idemque fecimus Parisiis, ejusdem Vitae aliquantum amplificata apographum desumentes ex Legenda Aurea cum auctariis, jussu Romani prioris monasterii Coelestorum Beatae Mariae (verisimiliter Parisiensium) conscripta, et anno 1442 absoluta, ut fol. CXLII notatur. Occupat nunc hic codex Ms. loculum 45 bibliothecae Parisiensis, quae sibi nomen ab armamentario (l'Arsenal) mutuata est. Deest autem huic Vitae prologus; at in plurima divisa est capita, quorum tituli breviori Vitae desunt. Huc usque de fontibus unde S. Amandi gesta noscuntur.

Tomus VII Octobris, Pars Posterior.

D

15 Porro en ut collegit Bernardus Guidonis S. Amandi gesta; editione Gononi collata cum apographo nostro utor: Beatus Amandus vir illustris, nobilibusque ortus natalibus, natalem locum et divitias temporales pro amore divino relinquens, et vitam solitariam sibi eligens, inter arctas et accessu difficiles angustias rupium, parvum tugurium sibi construxit in rure seu territorio nobilis viri * Ruricii seu Roricii * episcopi Lemovicensis supra Vigenne fluvium, cujus loci seu territorii vocabulum tunc Commodoliacus dicebatur, ubi aliquandiu commoratus est ignotus hominibus. Deo notus, cui soli in solitudine placere cupiebat. Quadam vero die nutu Dei in rupe praerupta a pastoribus solitariis reperitur, qui, asperrimae illius habitationis locum admirantes, abierunt; dehinc illius solitudinis incolam populis divulgaverunt. Cujus rei notitia, fama referente, dum ad praedictum Ruriciam seu Roricium Lemovicensem praesulem pervenisset, comperto quod vir Dei Amandus inter arbusta frondesque, quas locus eduxerat, antrum habitationis haberet, jussit ibidem pro spatio loci fieri cellulam habitantis solitarii satis amplam, sed conventui multitudinis nimis angustam. Ex toto siquidem illius montis spatio rupis praerupta eminebat, quae undique accessum praebat arctam modicamque planitiem continens, ad quam de monte superiori difficilis admodum descensus erat, ubi Amandus vitam solitariam virtutibus plenam ducens, contemplationi divinae vacans, hostis antiqui certamina non modica toleravit et vicit.

atque hic secundum Bernardum Guidonis narratur ejus vita eremitica,

* Ms. Prag. sanctae memoriae * Ms. Prag. ubique Bonam seu Bonam te scribit.

E

16 Beatus vero Junianus puer (ut fertur) natione Cameracensis ex nobili prosapia ducens originem, spiritu Dei afflatus, ut desiderio coelestis patriae, parentes, patriamque natalem relinqueret, ad partes Aquitaniae, duce Domino, pervenit. Comperta autem fama sanctitatis beati Amandi, ipsum adiit, cupiens institutus ejus, et moribus informari, et cum eodem se Christi tirocinio et servitio mancipare; accedensque ad cellulam Sancti Amandi, fores ejus ut sibi aperirentur pulsare cepit. Sanctus vero Amandus cum cognovisset ad fores pulsantem esse, aestimans ne forte esset illusio aut tentatio diabolica, aliquandiu siluit, nec mox ei patefecit ingressum, donec probaret cujus rei causa praedictus venerabilis puer ad ejus cellulam accessisset. Cognita vero causa, mox eum cum gaudio suscepit, et viam salutis ostendit. Junianus itaque egregiae indolis adolescens, qui sortitus animam bonam humilitatis gratia, tantaque sanctitate vitae noscitur excrevisse, ut non solum imitator magistri existeret, verum et divino amore succensus, magistri vitam virtutemque transcenderet.

ejus erga S. Junianum magistrum,

F

17 Demum cum ejusdem Sancti Amandi obitus propinquaret, post sanctam institutionem discipuli sui Juniani, vitamque laudabilem sanctitatis, consummato felicis vitae agone, plenus dierum et operibus sanctis, in pace migravit ad Dominum; habitationis et sanctitatis suae haereditem et successorem relinquens Junianum, ex discipulo magistrum, tamquam alter Elias alterum Elisaeum. Corpus vero Sancti Amandi in eodem loco, ubi solitariam vitam duxerat, sepelivit (in pristino scilicet antro): ibique sepultum latuit annis multis, indeque post annorum multorum curricula, translatum fuit ad ecclesiam seu monasterium Sancti Juniani, et juxta ejus tumulum collocatum, id agente et prosequente instanter et devoto viro strenuo Domino Rabulpho * canonico, concomitantibus et sequentibus signis. Qui Rabul-

ejus obitus et sepultura.

* lege Rabulpho

A
Hugone lege

phus a B. Odone * Cluniacensi primitus exhortatus, in eodem loco primitus ecclesiam construxit, in qua mundo renuntiavit, sancte obiit, vixit, et quiescit. Cujus corporis sancti Amandi inventionis in prædicto loco, et translationis ab eodem, et miraculorum gestorum series et historia diffusius scripta ibidem legitur et habetur, et Sancti Amandi etiam nominatur. Floruit sub eodem fere tempore S. Amandus, quo Clodovæus rex Francorum, a B. Remigio baptizatus, cum Alarico rege Gothorum, qui Arianus erat, et Aquitaniae et Gothiæ regnum occupabat, quod Romanis abstulerat, congressum habuit milliario decimo ab urbe Pictavis, ubi Alaricus confossus occubuit (anno 507), et depulsus ab Aquitania Gothis Arianis, eandem meliori religionis regula et fidei continuo replevit. Erat autem Dominicæ Incarnationis fere quingentesimus (annus 497) quando Clodovæus fuit per sanctum Remigium baptizatus, regnavitque annis circiter quindecim (potius 14) post baptismum.

Reliquiarum
inventionis
adjuncta,

B

18 Cum his fere similia in S. Juniani edenda vita occurrant sint annotatis illustranda, non est quod diutius in hæreamus S. Amandi gestis: una Reliquiarum inventio examinanda superest. Quæ Bernardus Guidonis de ea superius protulit, ex S. Amandi Officio extracta esse jam monui. Paulo aliter eandem inventionem narrat Hildebertus Cenomanensis episcopus in Vita S. Hugonis, sexti abbatis Cluniacensis, quæ in Opere nostro ad XXIX Aprilis edita est, ubi hæc leguntur (a): Item Dei servus (S. Hugo), dum esset in Aquitania, ad ecclesiam B. Viviani, sanctorum locorum sollicitus visitator, accessit. Ubi cum præfati Confessoris diligenter actus et vitam legeret, cujusdam boni viri nomine Amandi factam in ea reperit mentionem, de quo ipse plenius edoceri desiderans, opinionem ejus et patriam, propositum et finem atque sepulturam a clericis præsens inquirat. Respondetur seiscitanti B. Amandum magistrum S. Viviani, meritis insignem, doctrina conspicuum, exemplis clarum. Corpus ejus, prout fama ferebatur, in Galliis habere sepulturam. (E Vita S. Juniani noverant præterea eum ab hoc Sancto et proin in vicinia fuisse sepultum.) Sequenti autem die, decanus canonicorum in eodem loco xenodochium constructurus a B. Hugone suscepti operis postulatum fundamentum designari. At ille Spiritu Sancto edoctus: Hic, ait, fundamenta jacite, et minime pœnitebit. Ad ejus itaque suggestionem pueri altius fodientes, mausolæum prædicandæ pulchritudinis inveniunt. B. Amandi nomine insignitum: quo reperto, clerus exultat, populus glorificat Deum, qui mirabilis est in Sanctis suis, nil jam de merito dubitantes abbas, quod in inventionem claruerat Confessoris. Papebrochium, qui non advertit Sanctum Junianum, ut modo statuam, Vivianum a nonnullis nuncupatum fuisse, induxit in errorem nomen Vivianus. Credit hunc Xantorensem episcopum esse, cui Ambrosius magister fuisse dicitur.

C

tempus,

19 Verum cum narratio San-Junianensis etiam minuscula adjuncta enarret (quod cum patens error non subest, veritatis argumentum haberi solet), atque San-Junianenses melius hanc Reliquiarum inventionem novisse debeant, quam Hildebertus Cenomanensis, prælacet San-Junianensi Officio potius quam S. Hugonis Vitæ adherere, ubi diversitas in exponendis adjunctis cernitur. At præcipuus nodus in assignando inventionis tempore est. Ex numeris 1

et 8 Officii S. Amandi novimus translationem feria quarta factam fuisse; ex numero vero 11, liquet eam factam fuisse xxvi Augusti, die S. Amandi abhinc sacra. Verum hæc (ut in congruo spatio includamur) annis tantum 1069, 1075 et 1080 concurrere potuerunt. Quis vero ex his sit eligendus, aliunde inquirendum est. In lectione II secundi Nocturni Officii S. Amandi traditur S. Hugo Cluniacensis iterum transiisse per Commodoliacense monasterium, cum, aliquanto tempore post visitationem monasterii Angeriensis anno 1062 factam, a Willelmo Pictaviensium principe evocatus est Pictavos Monasterii-Novi dotandi causa. Ut vero ex instrumento Gallicæ Christianæ (b) inserto liquet, facta fuit hæc dotatio anno ab Incarnatione Domini 1077, v kalendas Februarii, anno IV Pontificatus Gregorii VIII, indictione xv. At S. Hugo non interfuit hujus instrumenti confectioni, ut absentia ejus nominis inter præsentem monachos non signati, certo argumento est. Quapropter S. Hugo memoratum iter suscepit oportet ad dotationis conditiones cum Willelmo exagitantibus; quod circa xxvi Augusti anni 1075 fecerit, nisi San-Junianensem narrationem enervatam velint. Quocirca inventio Reliquiarum S. Amandi anno 1075 attezenda videtur.

20 Hujus inventionis atque translationis historia quam latissime exponitur in Officio S. Amandi. Ex Collino (penes cujus fidem sunt) addi possunt sequentia: Cum Rannulphus sacra pignora ad S. Juniani templum transferret, pauper febris quartana correptus et manu accensum cereum gerens, accessit, tetigit loculum et sanitati restitutus est. Positæ tum sunt S. Amandi exuvie juxta Reliquiarum capsam S. Juniani. Condidit postea Rannulphus ecclesiam cum xenodochio in ipso loco, unde extractæ fuerant Reliquiæ. Gaudet hæc ecclesia S. Amandi nomine et patrocinio, et 60 abhinc annis (scribebantur hæc circa annum 1673) Patribus O. S. Francisci Recollectis usui data est a San-Junianensibus canonicis, qui sibi tamen reservarunt jus, supplicationes aliasque pietatis praxes ad eam instituendi, cum dies, quibus populus S. Amandi laudes audire gestit, annuatim recurrunt. Idem Collinus sic fere disserit de S. Amandi Reliquiis: In majori templo San-Junianensi ostenditur pretiosum caput S. Amandi inclusum perpulchro crateri (coupe) deaurato, opere antiquo, dato ex pietate a quodam Domino De Brigueil. Cæteræ S. Amandi Reliquiæ cum pluribus aliis servantur in vetusto loculo qui in thesauro cernitur. In hoc nempe loculo jacet sacculus perbene compositus, cui litteris sexcentis annis vetustioribus inscriptum est: Hic sunt ossa, sudarium, etc. ut num. 9 retuli. At diu ante Collinum jam meminerat harum Reliquiarum Bernardus Guidonis in Opusculis Historicis: S. Amandus qui præceptor fuit S. Juniani, ibidem (Commodoliaci) in capsâ habetur, veneratur, et colitur (c). Superest ut S. Amandi Officium, pia simplicitate et factorum narratione conspicuum, typis credatur. De ejus antiquitate dixi num. 13; ejus fidem laudavi num. 19, idque reperiet eruditus lector, post sequentem de S. Juniano sancti Amandi discipulo paragraphum.

D

et qui secutus est cultus, illustrantur.

E

F

(a) Act. SS. ad xxix Aprilis, p. 639. — (b) Tom. II, col. 351. — (c) Labbe Bibl. nov. Mas. tom. I, p. 633.

A

§ III. De Sancti Juniani cultu; num confundendus cum S. Juniano Nobiliacensi, et altero Rhemensi; de sepulcro et ecclesia sub ejus vocabulo Deo sacra.

CIRCA ANNUM
DXXXV.
S. Junianus,
quem multi
memorant
Martyrologi,

Cum S. Amandi vita intime colligetur cum vita S. Juniani, neque proin altera discuti possit, quin altera quoque discutiatur, plurima de Sancto Juniano determinata sunt, cum obortæ in S. Amandi vita quæstiones ad examen atque solutionem vocatæ fuerunt. Imprimis tamen supersunt quæ ad S. Juniani cultum pertinent. Porro occurrit hujus Sancti memoria in Martyrologiis tam recentibus quam veteribus, classicis tamen exclusis. Testatur videlicet Dominicus Giorgius in sua editione Adonis, addi codici Vaticano 512 illud auctarium ad præsentem diem: Eodem die natalis Sancti Juniani Confessoris; Auctarium Aquiscinctinum Usuardi apud Sollerium indicat territorium Lemovicense ut locum cultus; Bedæ Auctarium editum ab Eccardo (a) ejus quoque meminit. E. Bernardo Guidonis S. Juniani cultus jam indicatus, est ubi de S. Amando fuit actum: en alia mentio ex ejusdem viri Opusculis Historicis (b): Sancto Juniano eremite et Confessori jubilant Comodohatenses (Commodoliacenses) canonici: sic enim antiquitus vocabantur qui nunc S. Juniani canonici nominantur; cujus gesta habentur ibidem. Festum ejus recollitur XVII kalendas Novembris. Eidem diei hunc Sanctum assignat Miræus in fastis Belgicis et Burgundicis, Castellanus in Martyrologio universali, Saussayus in Martyrologio Gallicano, Molanus in Natalibus SS. Belgii, Willot in Martyrologio Belgico, Collinus in Historia SS. Lemovicensium, Labiche de Reignefort in Semestri Vitarum SS. Collectione, etc. Martyrologium vero Pariense, et alii recentiores fasti sacri ejusdem S. Juniani meminere ad XV Novembris aut ad aliam hujus mensis diem; unde id ortum sit, postea videbitur. In recentiore editione Hagiographiæ Butlerianæ memoratur S. Junianus ad XXVI Augusti, ubi de magistro Amando agendum erat; in Ordine demum seu Directorio Lemovicensi anni 1832 S. Juniani festum die XVI Octobris celebrandum indicitur ritu duplici minori in tota diocesi. Quod spectat ad S. Juniani nomen, notabile est in Usuardo Greveni Ninianum monachum et Confessorem nuncupari. Loco Niniani absque dubio Vivianus legendus est. Hildebertus Cenomannensis, num. 17 citatus, eo nomine S. Junianum Commodoliacensem appellat, et S. Junianus Nobiliacensis ad XIII Augusti in Usuardo Daveronensi item Vivianum sortitur nomen.

22 S. Juniani Commodoliacensis cultus antiquitas ad ævum S. Gregorii Turonensis, quin etiam altius referenda est. Sic de eo scribit S. episcopus (c): Fuit et Junianus reclusus infra Lemovicinæ urbis territorium, qui vivens multa populis ostendit miracula; sed et nunc ad sepulcrum ejus sæpe morbi curantur. Nam vidi multos, quos dinumerare putavi longum, qui cæcis oculis ibidem evecti (alibi eo perducti) lumen receperunt, paralytici directi sunt. Testisque est ipse populus hodieque, qui cum sanitatem recipiunt, statim se tributarios loco illi faciunt, ac recurrente circulo anni, pro redditæ sanitatis gratia tributa dissolvunt. Ex quibus sunt, qui ad basilicam Sancti Martini nostri antistitis pertinere viden-

tur. Cum vero S. Junianus circa annum 535 obierit, et S. Gregorius ipse anno 595 fato cedens sæculum VI non excesserit, hinc fere liquet. S. Juniani cultum a morte incepisse. Ex hoc præterea S. Gregorii testimonio, quo tam peculiarem S. Juniani cultum adstruit, ut eum Theodoricus Ruinartius (num. 50 præfationis ad S. Gregorii editionem) speciali mentione dignum judicet et memorabilem appellet, apud omnes constare debet, jam a sæculo VI obtinuisse populi Turonensis pietatem erga hunc Sanctum; quam suis temporibus adhucdum exstitisse scribit Collinus in libello jam dicto, Historia SS. Lemovicensium. Turonensibus vicini sunt Pictavienses, apud quos memoratum morem tributum solvendi, eodem viro teste, exstitit; atque in eorum gratiam tot miracula facta fuisse tradit idem hagiophilus, ut, cum scriberet, S. Juniani Officium quotannis XVI Octobris celebraretur in agro Pictaviensi, potissimum in ecclesia cathedrali S. Petri, et in ecclesia collegiata S. Hilarii Pictaviensis, ubi ritus duplex sollemnis observabatur. Verum ex recentiori Directorio expunctum est hujus sancti Juniani nomen. Ex eodem Collino deducere licet, aliud peculiare festum sæculo suo Lemovicibus celebratum fuisse: quod festum S. Juniani a Nivibus (S. Junien des Neiges) appellabant. Hujus festi ratio patebat ex hac traditione: cum S. Junianus, ad S. Amandum venisset, totam noctem illi antrum suum clausum tenerat S. Amandus; at licet per omne hoc tempus abunda cecidisset nix, minime humidus factus fuerat S. Junianus. Festum certum est, non item mihi fundamentum.

23 Secundus labor, post expositum sancti eremite cultum obeundus, in sancto Juniano ab homonymis distinguendo versatur. Gononus scilicet in Vitis SS. Patrum, postquam (d) meminisset S. Juniani nomen in tabulis Ordinis Pontebaldensis signari (cujus rei causam ex historia hujus ordinis eruere non potui), atque hujus Sancti festivitatem ad XVI Octobris retulisset, continuo confundit hunc Sanctum cum S. Juniano Nobiliacensi abbate, cujus dies sacra XIII Augusti est. Non solus in hunc errorem incidit: hallucinationis socium habuit non tantum Giorgium, Adonis Martyrologium ad hunc diem illustrantem, sed ipsum Labbeum, qui in Bibliotheca nova (e) Nobiliacensis abbas vitam edidit, et in prologo (f) de sectione prima scriptorum, quos editurus erat, male omnino carpsit Bernardum Guidonis. Quibus vero characteribus hi ambo S. Juniani a se invicem distinguantur, late majores nostri persecuti sunt ad prædictam XIII Augusti. Præterea ad XV Novembris non solum in Martyrologiis universali et Parisiensi, ubi claris verbis S. Junianus reclusus Lemovicensis annuntiat, verum in aliis quoque permultis Martyrologiis tertius quidam S. Junianus prodit, quem ad archidiocesis Remensem pertinere volunt: teste enim Molano in nota ad XVI Octobris et Ferrario ad XV Novembris, legitur apud Remenses in Martyrologio die decimo quinto Novembris: Eodem die beati Juniani Confessoris, quem beatus Remigius baptisate lavit. Cum vero locus memoriæ hic sileatur, brevi suppletus est ille defectus in Martyrologio Canisiano, Sanctum Junianum die XV Novembris ad Remos referente. Et quidem antiqua satis est hæc S. Juniani apud Remenses memoria. In codice enim Usuardino Heriniensi, quem Sollerius et Bollandus plurimis laudarunt, et cui a Sollerio hæc duplex affixa fuit nota: Scriptus fuit ad finem sæculi XI, et Usuardo puro Sanctos Remenses fere tantum adject; textui puro additur: Eodem die, beati Juniani

D

E

distinctus est
a S. Juniano
Nobiliacensi,

F

atque olim
ob miracula,
non tantum
Lemovicen-
ses, sed et
Pictavi cole-
bant,

(a) De reb. Franc., tom. I, p. 829. — (b) Labbe Bibl. nov. Mss., tom. I, p. 333. — (c) De gloria Confessorum,

cap. ciii. — (d) p. 209. — (e) T. II, p. 569. — (f) p. vi.

Con-

A Confessoris, quem beatus Rhemigius baptisate lavit. Cui auctario addit Sollerius: Patet proprium loci esse. Maluisset dixisset Sollerius recentiores martyrologos suum Sanctum Junianum diei xv Novembris ex hoc codice hausisse: nam Molanus suum certe inde decerpit; et Ferrarius, quamvis nuditatem suam novis sibi propriis verbis abscondere velit, solo Molano est usus: quod absque dubio ipse Canisius quoque fecerit. Recentiores prætermitto.

sed idem videtur

24 At quæstio est, sitne hic sanctus Junianus a sancto Juniano Commodoliacensi diversus. Affirmantem sententiam sequitur expresse Molanus, in Natalibus SS. Belgii ad xvi Octobris; similiter Ferrarius ad xv Novembris, et Sausayus qui S. Junianum xv Novembris confudit cum S. Juniano Nobiliacensi, necessario die xvi Octobris et xv Novembris duos distinctos Junianos memoravit. Claudius Chastelain et Martyrologii Parisiensis concinatores aliter sensit ex superius dictis liquet. Et re quidem vera, licet erraverint cum S. Junianum ad xv Novembris agro Lemovicensi adscripserunt, valde probabilis est eorum sententia de duplici hoc S. Juniano in unum conflando. Quod obstat argumentum, alias gravissimum, distinctos nempe dies cultus indicari, levius hic forte est: nam cum dies xvi Octobris audiat in Martyrologiis xvii kalendas Novembris, et xv Novembris, mensis nomine tantum mutato, xvii kalendas Decembris dicatur, quam facile fuit Heriniensi collectori improbo loco S. Junianum celebrare: quod eo facilius fuisse dicendum est, quod nulla vestigia veri cultus erga S. Junianum apud Remenses appareant. Etenim nihil in Breviario Remensi, impresso anno 1630; nihil in Brevi, seu Directorio anni 1812; nihil apud Floardum historiographum Remensem; nihil apud Marlot in Historia Metropolis Remensis; nihil apud Gallie Christianæ continuatores; nihil denique apud nostrum Suyskenum, qui in Vita S. Remigii, ad 1 Octobris illustrata, plurimis prosecutus est S. Remigii discipulos.

ac S. Junianus Remensis.

B 25 Verumtamen explicari potest quo pacto S. Junianus inscriptus fuerit codici Heriniensi, licet in diocesi Remensi verum cultum non obtinuerit, neque, ut Sollerius loquitur, proprius loci sit. Cum enim ille codex ad finem sæculi xi exaratus sit, atque anno 1075 corpus S. Amandi, quem S. Junianus magistrum habuerat, inventum fuerit et tanto cum rumore translatum, ut Papebrochius ad xxix Aprilis (a) scripserit: oportere ita solemniter elevatum habere proprium diem cultus; necesse est, ut cum S. Amandi fama nomen S. Juniani per totas Gallias increbuerit, atque adeo utriusque Acta innotuerint. Porro amplior S. Juniani Vita, quæ hoc tempore jam circumferebatur, ejusmodi est, ut, cum quis eam confert cum Vita S. Remigii, nec apprimè bene notas chronologicas animadvertit, facile induci possit ad credendum, S. Junianum Commodoliacensem a S. Remigio fuisse baptisatum. Agendum, eccum hujus suspicionis fundamen: in hac Vita S. Juniani, non tantum plura habes de Francis a S. Remigio conversis, sed secundum communem traditionem dicitur S. Junianus filius comitis Cameracensis; et antiquum S. Juniani officium, recentius Lemovicense, Vita S. Juniani a Bernardo Guidonis collecta, item Vita, quam præ oculis habuit Molanus, hac in re consentiunt. Verum ille comes Cameracensis non distinctus censendus est a Ragnachario, aut Raganario, de quo Hincmarus in Vita S. Remigii (b) hæc habet: Multi denique de Francorum exercitu, necdum ad fidem conversi cum regis (Clodovi aut Clodovechi) parente Raganario ultra Summam fluvium aliquandiu de-

guerunt, donec Christi gratia cooperante, gloriosis potitus victoriis, eumdem Raganarium, flagitiis turpitudinum inservientem, vinctum a Francis sibi traditum rex Ludovicus occidit, et omnem Francorum populum per Beatum Remigium ad fidem converti et baptizari obtinuit. Tunc baptisatum fuisse S. Junianum, qui Ragnacharii filius habetur, et a Clodovo, in cognatos saviente, non legebatur occisis, crediderit sane Heriniensis codicis scriptor, et propterea contexerit præfatam S. Juniani memoriam, qua ego non proprium loci Sanctum designari arbitror, sed potius talem, quales in peculiaribus dioceseon Martyrologiis occurrere solent, cum non cultum in diocesi, sed tantum qualemcumque cum diocesi relationem habent, aut habere putantur.

26 Sub judice itaque relicto S. Juniani patre, natali loco, baptismo, etc., ad tempus ejus mortis gradum facio. Ad locum, numero 22 hujus Commentarii ex S. Gregorio Turonensi relatum, signat Theodoricus Ruinartius annum 530, tamquam tempus emortuale S. Juniani; Claudius vero Chastelain latum sæculi vi spatium apponit. A veritate non multum abesse potest Ruinartius, quantum biographi omnes quadraginta annos in eremo transactos S. Juniano assignant. Equidem cum paucis tantum annis ante annum 500 S. Junianum in eremum venisse æstimaverim, libenter, quinque Ruinartii calculo adjectis, annum 535 emortualem dicere. Cum vero S. Junianus puer aut adolescens transierit ad S. Amandum, ad annum circiter quinquagesimum quintum ætatis pervenisse dicendum est. Quæ autem egit S. Junianus, cum Commodoliaci versaretur, atque ex Vita innotescunt, ad aliquot reducuntur miracula; quibus in annotatis ad Acta animadversiones aliquot opponemus.

27 De S. Juniani sepultura in edenda Vita nihil aliud occurrit, quam Basilicam fabricatam fuisse a Ruricio juniore, ubi sancta membra beatissimi Juniani collocarentur. Vita vero amplior plera de S. Juniani sepultura subministrat, quæ recitanda videntur, quoniam cœva censenda sunt Reliquiarum elevationi, quam hic late explicant: Postquam igitur Beatissimus Junianus felici suo obitu diem clausit novissimum, Ruricius, non immemor beneficii quod ab eo acceperat, corpus ejus Lemovicis asportare decrevit; quod cum, divina Providentia aliter disponente, non potuit, haud longe a cellula sua quæ supra Vigemam in declivio montis pendet basilicam exstrui jussit in honore Sancti Andreae dedicatam; ibique honorifice eum tumulavit. Enim vero dum Beatissimus Junianus vita fungeretur, assuetus erat Deo orationes sub spina quadam exhibere; eoque mortuo Ruricius honore felicissimo cubitis ferme duobus ab ea ipsum tumulavit; ita enim deliberavit commodius esse, propter religionem loci ubi preces agebat. Inde aram construxit inter Sancti Juniani caput et spinam; et quia altari erat infensa, succidit eam; radix vero in ima remansit. Qua cum tumulo reperta, visa est succo adhuc primo et ramorum inherentium virore decorata, meritoque vernabat sub qua Sancti preces floruerunt. Valde enim incongruum erat ut arida fieret, quam nec vita nec morte ipse deseruit. Quo loco quicumque et sincero corde quod justum est Deum poscit per Sancti Juniani nomen, compos sine difficultate votorum regreditur.

28 Fervet animus videndi amore ardent simul cor et oculi intueri tumulum, qui intra sui claustra Sancti Juniani Reliquias continebat; nec sufficient oculi tantum inspicere quantum mens

D

Circa annum 533 obiit,

E

et Commodoliaci sepulcrum obtinuit, cui superscripsit S. Ruricius junior oratorium S. Andreae,

F

in quo detectæ sunt ejus Reliquiæ

(a) Act. SS. ad xxix April. Vit. S. Hugon. p. 640. — (b) Act. SS., tom. I Octobris, p. 149.

exoptat.

A exoptat. Dum vero uno inhærent affixi aspectu quadam infaustissima mulier appropinquavit media abrupta acie; quodque alii non præsumperunt, ipsa sola temeritate misera præsumpsit. Advolans enim rapidissimo antiqui serpentis stimulo debacchata et sensu polluta, maculata limbo tunicæ pulverem circa Sancti Juniani sepulcrum attingit: sed non defuit ibi ultionis supplicium. Mox spiritus immundus arripuit eam, et vehementissime torquens amentiam immisit, et furorem crudelissimum. Ergo ubi astantes hoc mirabile peceperunt signum, illico terrore concussi expalluerunt præ metu. Tunc quisque sibi cavebat, quæ mulierculæ miseræ contigerant. Ipsi autem, qui criminis alicujus sibi conscii erant, retrahebant pedem, expavescentes ultionem. Interim autem supradicta mulier infelix a dæmone infestissimo torquebatur amarissime et circa eam miserabiles lugebant parentes, flebant etiam affines. Nocte igitur consequenti pernoctaverunt cum lucernis in orationibus ad Sancti Juniani sepulcrum, et crastina luce orta, ancillam receperunt purgatam a dæmone. Quæ cum olim mala fuisset, per principem malitiæ didicidit bona esse. Ex quo enim ab illius potestate erepta fuit, omniumque anni revolutione pœnitentiam de peccato suo, quod temere incurrit, usque in supremum egit diem,

anno circiter 990; 29 R. D. Labiche de Reignefort (a) refert hanc Reliquiarum refectionem ad an. circiter 990, dum Alduinus, seu Hilduinus, Lemovicensem sedem occuparet. Iherius scilicet, sic ille gallice disserit, ultimus regularis sancti Juniani monasterii abbas, ad eam celebritatem populorum clericumque Lemovicensem invitavit, diemque solemnem jejunii indicxit. Die autem xxvi Januarii, post decantatas Matutinas horas, dum populus et clerus preces suas coram Deo funderet, immensa difficultate (oriebatur hæc ex prudenti cautione, qua Ruricius II B. virum tumulaverat), reconditum sepulcrum aperuit, et sacrum ex eo sustulit corpus; quod in loculo ligneo pictoque repositum (neque enim ditiosem fieri lipsanothecam sinebat monasterii egestas), translatum fuit super altare majus templi, plaudente et jubilante populo, qui confertim adstabat.

quæ sæculo post denuo fuerunt translata et adhuc servantur. C 30 Idem Lemovicensis hagiographus (b) alterius Reliquiarum translationis meminit, quæ die XXI Octobris anni 1102 facta est, et Reginaldo seu Raynaldo Petragoricensi episcopo, Lemovicensis antistitis morbo impediti fungenti vices, adscribitur; quod si verum sit, (et nihil est quod repugnet), corrigenda erit Gallia Christiana (c), quæ ad annum 1101 seu ad anteriora etiam tempora Raymundi, qui Reginaldo successit, episcopatum Petragoricensem retulit. Quidquid id est, transtulit maxima solemnitate Reginaldus seu Rainmundus corpora SS. Juniani et Amandi, necnon S. Ruricii II. Extractum tum fuit ab eo præsule e villiori loculo S. Juniani caput, impositumque opulento crateri ex argento inaurato; qui ingenti divitique lipsanotheca, laminis argenteis, aureis ornatibus gemmisque instructa, inclusus fuit. Reliqua sacra ossa duobus ligneis thecis, ferro munitis, inserta fuere, et deposita in pristino lapideo sepulcro, quod S. Ruricius II exstruxerat; quodque ab Itherio, postquam inde sustulisset S. Juniani ossa, restitutum et ad imum sanctuarium supra terram fuerat collocatum. Clausit dein Petragoricensis antistes id sepulcrum duobus acclivibus lapidibus, calce cementoque conjunctis. Octo circiter annis post circumdatum fuit id monumentum lapideis

D septis, duodecim Sanctorum anaglypticis status ornatum; quibus impositus fuit ingens lapis albus, qui argenteam capitis pyxidem sustineret; et ad imum sepulcrum intra septa positus dein fuit lapis, inscriptus: HIC JACET IN IP SO VASE CORPUS S. JUNIANI, IN QUO SEPELIVIT EUM RORICIUS EPISCOPUS. Raynaldus vero Petragoricensis episcopus, qui meruit martyr fieri, collegit eum in scriniis ligneis infra vas repositis: quod martyrium in Palæstina subisse tradit R. D. Labiche de Reignefort. Verum fabulas hic mundinari et posteriora illius inscriptionis verba postmodum illic adjecta fuisse ex duplici capite liquet. Prius enim, secundum epitomen quamdam atque Mss. monumenta, a Gallia Christianæ collectoribus allegata (d), martyrium illud VIII idus Septembres anni 1099 Antiochiæ accidisset, cum jam tertium annum in his partibus degeret Reginaldus; unde manifestum foret, non a Reginaldo anno 1102 Reliquiarum elevationem fuisse factam; dein III nonas Octobres anni 1098 cum suæ diocesis abbatibus Concilio Burdigalensi intererat, et anno 1099 consecrationi ecclesiæ Uzerchiensi, ut habet Gallia Christiana (e). Unde corrui omnino istud martyrium, anno 1099 in Oriente exantlatum; et spatium fit Petragoricensi præsuli ad hanc celebrandam lipsanon refectionem. Non liquet deinceps apertum fuisse venerabilem Sancti eremitæ tumulum; et quidem constat inter reipublicæ gallicæ tumultus nihil eum fuisse passum detrimenti. Neque id temporis perierunt capitis ejus insignes Reliquiæ, quas se cum populo veneratum esse ait Labiche de Reignefort (f), quum multa celebritate anno 1820 acta fuit solemnitas Ostensionis.

31 Toties citatus Collinus, ejusque imitator Labiche de Reignefort alius frustra susceptæ translationis meminerunt, cujus jam pridem ante has duas periculum factum esset. Quadriennio enim, postquam Commodoliaci humatus esset S. Junianus, placuit S. Ruricio II B. Confessoris corpus devehere in templum S. Augustini Lemovicense, exstructum a prædecessore Ruricio I, quoniam ille hic suam delegerat sepulturam. Verum cum apertum fuit S. Juniani tumulus, et corpus currui impositum, immobiles steterunt equi, adeo ut nulla vi propelli possent. Quocirca jussit Ruricius, ut sacras exuvias reponerent, pristinum sepulcrum circumfoderent, et tribus ingentibus lapidibus cooperirent; ne quis deinceps eremitæ ossa contingere posset; atque insuper ut sibi juxta amicam suam sepulturam aliquando pararent. Ast universum id tentamen sublestæ fidei historiuncula est, perverse deducta ex his, quæ aliquando superius ex antiquo documento descripsimus: Postquam igitur Beatissimus Junianus felici suo obitu diem clausit novissimum, Ruricius, non immemor beneficii quod ab eo acceperat, corpus ejus Lemovias asportare decrevit; quod cum, divina Providentia aliter disponente, non potuit, haud longe a cellula sua... basilicam exstrui jussit. Præterea sæculo VI quam rarissime effodiebantur Sanctorum corpora, ut alibi sepultura donarentur; quod qui ecclesiasticas antiquitates delibarent, satis edocti sunt.

32 De templo autem et monasterio exstructis eo ipso in loco, ubi degit S. Junianus, supersunt quædam memoranda eo potiore jure, quod nonnulli manifeste a vero aberrant inter dilucidanda hujus asceterii fata. Ex superius dictis liquet in declivio Commodoliacensis montis, duobus ferme cubitis a spina, sub qua Deum orare solebat Beatus Junianus, sepultum fuisse hujus cadaver; a Ruricio II illic loci

Falsa videtur his antiquior tentata translatio.

F

Memorata S. Andrea edificata locum dedit S. Juniani cœnobio.

(a) Six mois de Vies de SS. de Limoges, tom. II, p. 237. — (b) Ibid. — (c) Tom. II, col. 1461 et seq. — (d) Ibid., loc.

cit. — (e) Ibid., loc. cit. — (f) Six mois de Vies de SS. de Limoges, p. 238.

condi-

A conditam fuisse ædiculam seu basilicam, ita ut altare inter spinam et sepulcrum esset, eique ecclesiolæ titulum fuisse inditum de S. Andrea; unde liquet errare Galliam Christianam (a), cum affirmat priorem huic templo titulum fuisse de S. Juniano; cui dein additus esset ille alter de S. Andrea. Piorum peregrinantium eleemosynis abundantibus, ut ex S. Gregorio Turonensi jam didicimus, in cœnobium evasit illa S. Andreae ædicula. Voluit Collinus et R. D. Labiche de Reignefort pecuniam ab ipso Ruricio II monasterio ædificando collatam fuisse; eisque aliquantum favere fateor Vitam edendam, in qua basilicam a Ruricio exstructam fuisse legitur; quæ vox in Galliis, ut in peculiari de basilicis opella stabilire conatus est Hadrianus Valesius monasterii alicujus templum signavit sæpius. Verum cum S. Gregorius Turonensis, quem hunc locum adisse aiunt (b), monasterii hujus non meminerit, cum omnes S. Juniani Vitæ idem taceant, et demum cum Valesiana regula exceptiorem patiatur, ut R. D. Binterim (c) recte docet (mitto enim iracundas Launoyi adversus Valesium hac super re dissertationes): malo nihil asserere, quam errandi periculum temere adire. Ast anno 848 certe monasterium dicebatur, ut constat ex Adhemari Cabanensis Chronico; quod ita apud Labbeum nostrum (d) sonat: Jofredus vero thesaurarius nolens testis oculati, conductus a Stodilo episcopo monasterium Sancti Juniani, et ecclesiam Cairoensem deprædatione et malo ingenio a jure et dominatione Sancti Martialis subripuit. Quod Gaufridus Vosiensis (e) confirmat. Cum autem Adhemarus Chronicum suum sequi sæculo post annum 848 scripserit, liquet item ex allegato loco antiquissimis temporibus sancti Juniani nomen huic adhæsisse monasterio quod male Gallia Christiana (f) a S. Amando quoque agnominavit.

cujus varia fuerunt fata.

33 Paulo post hunc annum a Danis seu Normannis destructum fuit id cœnobium, ut iterum Gallia Christiana (g) et Labiche de Reignefort (h) perhibent; sed circa annum 880, iisdem testibus, fuit resarcitum; quod quidem, ut pergit Gallia Christiana (i), a fine decimi sæculi non nisi præpositura fuit, sed regularis, ad annum ut videtur 1150; quo fere tempore varias ecclesias legimus datas ecclesiæ S. Andreae et S. Juniani (k). Primum autem regularem præpositum, sanctitate sua celebrem, Beatum Israellem fuisse tradit canonicus Collinus in Vita, quam ex veteribus Doratensis et San-Junianensis ecclesiarum monumentis collegit, quamque in abbatis Stirpensi olim asservatam fuisse testatur Gallia Christiana (l). Hic autem et ecclesiam Commodoliacensem seu SS. Andreae et Juniani restauravit, ut idem Collinus auctor est; quæ restauratio ante annum 1014 incepta et promotâ fuerit oportet, quoniam de exilio ad hæreditatem felicem S. Israellem animam undecimo kalendas Januarii anno Domini millesimo decimo quarto transtulit Deus, ut loquitur ejus apud Labbeum biographus (m). Idem vero templum die XXI Octobris anno 1102, ut vult R. D. Labiche de Reignefort (n), a Reginaldo Petragoricensi episcopo, simul

trium Sanctorum Reliquias transferente, consecratum accepimus ex Gallia Christiana (o).

34 Sæculo vero sequenti, ante annum 1240 absolutum nondum fuisse templum, quod sæculo undecimo ineunte jam instaurabatur, ex Collino cum aliis adjunctis resciri potest; hæc fere ipse habet: Tempore præpositi Durandi Orliacensis magnum fastigium (pignon) et fornix quæ S. Juniani tumulum obtegit nondum exstabat, et operarii in extruenda majori fenestra, quæ rosam imitata, rosæ nomine gaudet et orientem excipit solem, occupati erant. Languebat et tepescebat opus: quocirca cum canonicus Itherius ad maturandam fabricam fuisset missus, vento aut dæmone propellente, ab alto tabulato cecidit in lapidum atque trabium acervum. Omnis vulneris fuit expers; quod S. Juniano, quem devote colebat, in acceptis relatum est. Pluribus dein narrat Collinus duodecim viros albis indutos vestibus tempore nocturnorum hujus Itherii funerum apparuisse, atque æstimatum esse inter hos fuisse S. Junianum. Quæ ipse descripsit, ut initio testatur, e veteribus Mss. codicibus; verum unica codicum vetustas fidem non imperat.

35 R. D. Labiche de Reignefort (p) alia duo refert beneficia, quæ S. Juniano adscribi solent. Prius a se depromptum declarat ex scripto testis oculati, qui quadriennio post memoriæ istud tradiderat. Anno scilicet 1312 die Dominica quadam post decanatum Completorium, decidit fulmen in sancti Juniani templum, præsentemque humi prostravit, quin tamen ullum læserit, et mediam circiter horam quindecim fere pedibus supra pavimentum hæsit in aere meteorum; cujus tamen rei adjuncta, si accuratius innotescerent, fieri forsitan posset, ut, quod olim dictum est miraculum, ex cognitis naturæ legibus explicaretur.

36 Subdit R. D. Labiche (q) alterum beneficium, quod divinitus, intercedente sancto Juniano, sibi collatum existimavere incolæ. Anno enim 1587 cum in eo essent Calviniani Galli, et sancti Juniani oppido astu potirentur, modo tam mirabili detecti sunt, ut persuasum fuerit omnibus, id sui patroni auxilio fuisse factum, et in omne ævum annuum instituerint supplicationem publicam, qua servatori suo grates referrent, quamque etiamnum celebrari arbitratr memoratus Lemovicensis hagiographus. Atque hæc de S. Juniani patrocinio.

37 Cum officium ritus duplicis, quod Breviario Lemovicensi anni 1625 insertum est, non secus ac vetustum quod San-Junianenses canonici in festo S. Juniani usurpabant, mera synopsis sit Vitæ edendæ atque peculiarem formam non habeat, typis illud credere supersedeo. Eadem de causa omitto Vitam a Bernardo Guidonis conscriptam, quam videat lector apud Gononum in Vitis Patrum eremitarum Orientis et Occidentis (r). Prætereo quoque Vitam ampliorem, de qua num. 14, 27, 28 potissimum dictum est. Satis fore videtur hac antiquiorem, et proin ad sæculum VII aut saltem VIII referendam, e codice Cluniacensi descriptam post S. Amandi Vitam aut Officium prælo subjicere.

(a) Tom. II, p. 552. — (b) Launoy Oper. omn., tom. II, part. 1, p. 191. — (c) Denkwürdigk. der katolisch. kirche, t. IV, part. 1, p. 25. — (d) Bibl. nov. Mss., tom. II, p. 161. — (e) Ibid. p. 285 et 312. — (f) T. II, col. 552. — (g) Ibid. — (h) Six mois de Vies, etc., p. 236. — (i) Tom. II, col.

553. — (k) Ibid., col. 552. — (l) Ibid., col. 551. — (m) Bibl. nov. Mss., tom. II, col. 557. — (n) Six mois de Vies de SS., etc., p. 237. — (o) Tom. II, col. 549. — (p) Six mois de Vies de SS., etc., p. 236 et seq. — (q) Loco citato. — (r) p. 208.

D Cum sæculo XIII templum augetur, miraculo illustratum dicitur,

E et alio prodigio anno 1512.

S. Juniano patrocinante, servatur oppidum.

F Quæ edenda videtur Vita.

A

OFFICIUM S. AMANDI

Complectens ejus vitam et Reliquiarum translationem.

Ex traditionibus Mss. Ecclesiae S. Juniani Commodoliacensis.

Omnia dicuntur de communi Confessoris non Pontificis, exceptis propriis quæ sequuntur.

IN PRIMIS ET SECUNDIS VESPERIS ET LAUDIBUS,

ANTIPHONÆ :

- Vite synopsis,*
- a*
- B*
- b*
- I. Amandus est nominatus,
Amans Deum et amatus
Per populum quem docuit *a*,
Et a Christo quem coluit.
 - II. In lapide, qui est Christus,
Fundaverat fidem suam,
Et in eo semper vixit,
Et finivit vitam suam.
 - III. Dum Amandus ab hoc mundo
Feliciter exspiravit,
Ejus corpus Junianus
Juxta petram tumulavit.
 - IV. Beati corpus Amandi
Et ejus Reliquiæ *b*
Sunt inventæ per Ramnulphum
Die quartæ feriæ.
 - V. In cœlis est elevatus
Amandus, et laureatus
A Christo, cujus amore
Nitido vixit corpore.

CAPITULUM : Beatus vir qui inventus est, etc.

2 HYMNUS :

in qua præcipua S. Amandi gesta,

C

Gaude tellus illustrata
Amandi virtutibus;
Cujus vita, geminata
Luce, fulsit actibus
Gloriosis venustata,
Et honoris moribus.
Cuncta pro te resignavit,
Christe; solitariam
Vitam ducens, aspiravit
Ad cœlestem patriam;
Sprevit, fugit, reprobavit
Hujus mundi gloriam.
Hunc magistrum et rectorem
Junianus habuit,
Cujus vitam et nitorem
Morum sequi voluit;
Quem sequendo sic honorem
Immortalem meruit.
Te pie nostra precatur
Hæc, Amande, concio,
Ut a malis eruatur,
Et tecum palatio
In cœlesti perfruatur
Sempiterno gaudio.
Sit laus Patri, sit laus Nato,
Sanctoque Spiritui,
Quorum Amandus beato
Deservivit nutui;
Et præmio tam optato
Promeretur perfrui. Amen.

¶ Ora pro nobis, Sancte Amande, etc.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA :

Magnificet Ecclesia

Amandi prodigia,
De quo cœli curia
Gaudet cum lætitia.

D

ORATIO : Omnipotens sempiternæ Deus, qui Beato Amando Confessori tuo, in hujus mundi eremo contra fraudes dæmoniicas decertanti, victoriæ palmam in cœlestibus contulisti, fac nos in fide Christi sic esse stabiles, ut, contra hostiles nequitiâs pugnaturi, simus in adversis victores. Per, etc.

3 AD MATUTINUM, INVITATORIUM : Laudemus *ejus detectio*
regem cœlorum, qui corona laureavit Amandum,
et collocavit inter choros Angelorum. ps. Venite, etc. HYMNUS : Iste Confessor, etc.

ANTIPHONÆ AD PRIMUM NOCTURNUM :

- I. Beatus Amandus in viis
Peccatorum non adfuit,
Sed vivere in eremo
Secus Vigenam voluit.
- II. Pastores obstupuerunt,
Dum Amandum invenerunt
Inter rupes habitare
In eremo sine lare.
- III. Præsuli Lemovicensi
Roricio retulerunt *c*,
Qualiter Sanctum Amandum
In eremo invenerunt. *E*

¶ Amavit eum Dominus, etc. LECTIONES PRIMI NOCTURNI per totam octavam semper sumuntur de scriptura occurrente quando fit de octava.

4 RESPONSORIA PRIMI NOCTURNI LECTIIONUM :

- I. Locus, ubi conversatur,
Commodoliacus vocatur,
Inter rupes positus
Juxta Vigenæ litus. *celle ædificatio*

¶ Et factus est in pace locus ejus et habitatio ejus juxta Vigenæ litus.

- II. Roricius cellam ibi
Præcepit ædificari,
In qua Beatus Amandus
Posset Deum venerari,
Et vivere corde mundo
Segregatus ab hoc mundo.

¶ Quoniam vir Sanctus elegit eam in habitationem sibi, segregatus ab hoc mundo.

- III. Vir Amandus eremita,
Tentabatur in hac vita
Ut Deum respueret,
Et idola *d* coleret.

¶ Inimici Domini mentiti sunt ei, ut Deum respueret et idola coleret. *F*

5 ANTIPHONÆ IN SECUNDO NOCTURNO :

- I. Cum Amandus invocaret
Ut dæmonem captivaret,
Jesum Christum *, quem quæsivit,
Ipsam statim exaudivit. *et S. Juniani adventus exponitur. * Jesus Christus*
- II. Cellæ portam propulsavit
Junianus et clamavit :
Percipe, Sancte Amande,
Verba mea et intende.
- III. Ego vocor Junianus,
Verus Dei Christianus
Qui destruo pugnatores
Inimicum et ultorem.

¶ Os justi meditabitur, etc.

6 PRIMA LECTIO SECUNDI NOCTURNI : Beatus Amandus ex nobili ortu prosapia, mundi hujus contemptor, servire Deo cupiens ad rupes vici hujus, cui nomen Commodoliacus, nunc vero urbs S. Juniani vocatur, supra Vigenam fluvium declinavit, et inter ipsas rupes per plura temporum curricula sub spelunca quadam solitariam vitam ducens *Quibus breviter repetitis.*

A ducens repertus est a pastoribus, qui Sancto Roricio Lemovicensi episcopo nuntiaverunt. Ipse vero episcopus ibidem cellulam vix triginta virorum intrantium capacem, tamen Sancto Dei multum amplam construi fecit; et in ea postea fuit habitator cum eo Sanctissimus Junianus comitis Cameracensis *e* filius, qui Sanctum Amandum adversus tentationes dæmoniaca taliter confortavit, quod ipsi ambo dæmones cum suis versutiis devicerunt. Tandem elapsis annis plurimis Beatus Amandus ad Christum Dominum feliciter transmigravit, corpusque ejus intra rupem ipsam pro ipsius corporis magnitudine excisam Beatus Junianus propriis manibus tumulavit. Adhuc tamen etiam per quam plurima et infinita tempora post felicem transitum Sancti Juniani, locus ubi Beatus Amandus sepultus fuerat, et ubi corpus ejus exstiterat, nullatenus sciebatur; sed Dei providentia, quæ mirificat Sanctos suos, refulgens per opera. Hubo * abbas Cluniacensis cœnobii, vir magnæ sanctitatis, qui quam plurima monasteria * suum monasterium *f* almi Apostoli Martialis Lemovicis ex suscepto officio visitavit, completisque ibi paucis diebus, visitationis causa consimili ad cœnobium Sancti Joannis de Angeriaco *g* descendens, fecit per vicum hujusmodi iter suum. — Tu autem, etc. RESPONSORIUM :

Cumque Sanctum Junianum
Vir Amandus recepisset,
Et ipsum in fide nostra
Firmiter edocuisset,
Tandem spiritum Amandus
Redemptori reddidit;
Cujus corpus sepulturæ
Junianus tradidit.

* Dominus in cœlo paravit sedem suam, cujus corpus, etc.

late narratur quomodo, interveniente S. Hugone Cluniacensi, *h*

C 7 LECTIO SECUNDA : Et ibidem a fratribus Canonicis basilicæ S. Juniani fuit, prout decuit, hospitatus. Huic autem abbati inter cœtera virtutum dona mos erat, ut sibi legerentur *h* verba divina novi et veteris Testamenti dum comedebat; qui dum sederet ad mensam, comperto quod Vita Sancti Juniani in sua basilica haberetur, fecit eam sibi ad mensam cito afferri; quæ cum loco Bibliæ legeretur, audiretque abbas in ea narrari pauca de vita et doctrina Beati Amandi petiit statim a fratribus ad mensam secum con-sedentibus, ubi corpus S. Amandi quiescere diceretur; et illis respondentibus, quod ejus tumulum ignorabant, neque corpus ipsius habebant, abbas ipse una cum ipsis fratribus facta comestione perrexit ad locum *i*, ubi cella exstiterat, sed jam diruta erat ex sui * nimia vetustate. Ipso autem loco per eundem abbatem undique circumsperto, abbas ipse fratres ipsos charitative admonuit, ut locum ipsum tantorum habitatione Sanctorum venerabilem corde puro, devote, ac sæpissime visitarent, ibique oratorium construerent, in quo possent divina officia celebrare. Die vero sequenti abbas ipse cum suis monachis ad Angeriaco arripuit iter suum; Canonici tamen præfati basilicæ Sancti Juniani ad audienda præfata Hugonis monita aures proprias obturantes, oratorium facere nixerunt *. Tandem post lapsam alicujus temporis, idem abbas est a principe Pictaviensium *k* revocatus, ut monasterium, quod ipse abbas ad honorem Sancti Joannis Evangelistæ in Pictaviensi suburbio construxerat, eidem principi dotandum traderet sub certo numero monachorum serviendum. — Tu autem, etc. RESPONSORIUM :

Hugo Abbas Cluniaci,
Commodoliacum petens,

Et ibi Sancti Amandi
Vitam beatam audiens,
Statim esse construendam
Basilicam disposuit,
Ubi Beatus Amandus
Suam cellulam habuit.

* Quoniam illis mandavit Dominus benedictionem et vitam usque in sæculum, ubi Beatus Amandus, etc.

8 LECTIO TERTIA : Qui abbas faciens iterum iter suum per vicum prædictum, cui nomen Commodoliacum, et ab ipsis fratribus ibidem hospitatus, petiit ab eis an oratorium præfatum construxissent; et comperto quod nihil fecerant, de nimia negligentia increpavit. Sequenti vero die idem abbas iter arripiens petiit ab Amelio basilicæ Sancti Juniani præposito, et Ramnulpho ejus canonico sese duci ad cellulam memoratam; et monachis, quos abbas ipse secum ducebat, injunxit, ut parum ante eum procederent ulterius, contentus ad præsens ipsorum Ramnulphi et Amelii comitatu, et ostensa est sibi ab ipsis canonicis rupes et cellæ locus, in qua Sancti Juniani et Sancti Amandi fuerat incolatus. Abbas vero hujus vitæ actualis tædiosus, volens in Domino contemplari, ipsos canonicos instantissime requisivit, ut permetterent eum sub rupe suam vitam ducere et finire; sed ipse abbas ab eis prohibitus exinde recessit lacrymando. Ramnulphus, tunc eodem desiderio accensus, apud se considerans quomodo ipse abbas, qui de extremis partibus magno spiritus fervore ducebatur ad præfatum templum construendum, facere illud decrevit. Idem Ramnulphus et Geraldus canonicus, jejunio triduoano peracto, sub arbore, quæ excrevit ad caput Sancti Amandi, circumfodientes, corpus ipsum invenerunt Sancti Amandi *l*; et transtulerunt juxta thecam Sancti Juniani quarta feria, ita quod omnes languentes ad sepulcrum confluentes sanitatis beneficium receperunt. Inter quos Petrus levita, febris flamma cruciatus, cum sub arbore Sancti Amandi dormivisset, a somno excitatus, statim sanus factus abiit, ac præterea cæci visum, dementes rationem, muti locutionem, claudi ambulandi facultatem obtinuerunt. — Tu autem, etc. RESPONSORIUM :

Canonicis supradictis
Recedens Hugo prædixit,
In cella Sancti Amandi
In qua ipse diu vixit,
Esse brevi ecclesiam
In ejusdem memoriam.

* Adorabitis in loco ubi steterunt pedes ejus. Esse brevi ecclesiam, etc.

9 ANTIPHONA IN TERTIO NOCTURNO :

I Cum ad Commodoliacum
Præfatus Abbas revenit
Nec aliquid de capella
Esse factum advenit.
II Tunc canonicus Ramnulphus
Promisit Amandi corpus
In ejus cella quærere
Et capellam construere.
III Antequam corpus quæreret
Triduum hic jejunavit,
Etin Sancti Juniani
Altari missam cantavit.

* Lex Dei, etc. Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum : In illo tempore dixit Simon Petrus ad Jesum : Ecce nos reliquimus, etc. Homilia Ven. Bedæ, ut in quinta die infra octavam Apostolorum Petri et Pauli, RESPONSORIA :

I Petrus levita phisicus
Ramnulphi concanonicus
Febris flamma cruciatus

Reliquiæ detectæ et translatae fuerint;

E

I

F

que translatio

* phisicus

Super

* Hugo

* supple obiens vel gubernans

f

B

g

* sua

* neglexerunt

k

- A Super arbore dormiit,
Et a somno excitatus
Sanus factus abiit.
- v. Ab eo qui sanat contritos corde et alligat
contritiones eorum: r. Et a somno excitatus, etc.
- II In tumuli apertione
Et corporis inventione
Ex membris Sancti Amandi
Confessoris venerandi
Tantus odor emanavit
Quod omnes vere languentes
Ad sepulcrum confluentes
Sospitati restauravit.
- v. A Domino factum est istud et est mirabile
in oculis nostris. r. Quod omnes vere languen-
tes, etc. Gloria. Quod omnes.
- Antiphonæ ad Laudes ut in primis Vesperis. —
v. Ora pro nobis Beate Amande, etc.

10 HYMNUS:

versiculis
hic

Amandi, puris mentibus,
Celebremus solemniam;
Cujus doctrina, moribus,
Fide vernat Ecclesia.

B

Hic derelictis omnibus,
Sequens Christi vestigia,
Totis mentis conatibus
Appetit celestia.

Huic in solitudine
Est Junianus socius,
Qui, duplicato lumine,
Juncti fulsere clarius.

m

Amande, vir amabilis,
Nostrum serva collegium m;
Laudes nostra favorabilis
Sit nobis et obsequium.

Pari laudem gloria
Patrem, Natum, Paraclitum,
Quorum Amandus gratia
Omne cavet illicitum.

— Versus ut supra. —

ornatur.

u

11 AD BENEDICTUS ANTIPHONA:

Hodie n canonicorum
Devotio ac sanctæ manus
Sanctum corpus invenerunt
Amandi, et transtulerunt
Juxta thecam, in qua jacet
Sanctissimus Junianus.

C — In secundis Vesperis omnia ut in primis, excepta

ANTIPHONA AD MAGNIFICAT:

In loco, in quo erat Beatus
Amandus erat humatus
Facta est ecclesia o:
Per cujus suffragia
Datur ibi cæcis visus,
Et redditur mortis risus,
Languentibus sanitas,
Et claudis stabilitas,
Dementibus ratio
Et mutis locutio.

o

ANNOTATA.

a Cum S. Amandus suum nomen a populo, quem
docuit, adeptus dicatur, frustra quis ex latino no-
mine Amando argueret eum Hungarum non fuisse.
Vide Commentarium num. 9, ubi hanc traditionem
evolutam invenire est. S. Ruricius senior, scribens ad
Cerauniam (a), meminit alicujus Amandi, Cerauniarum

(a) Lib. II, epist. XLIX, in Lectionib. Antig. Canisii, edit.
Basnage, tom. I, p. 403. — (b) Tom. II, col. 179. — (c) Bibl.
nov. Mss., tom. II, p. 766. — (d) Act. SS. ad xxx Junii,
p. 535. — (e) T. II, col. 1096. — (f) p. 893. — (g) p. 48, n. 6.

Tomus VII Octobris, Pars Posterior.

servi. At nihil ibi, quod ad S. Amandum nostrum
deflecti possit: liquet itaque inde tantum, nomen
istud in agro Lemovicensi singulare non fuisse.

D

b Hujus inventionis tempus diem xxvi Augusti
anni 1075 fuisse num. 19 Commentarii ostendi-
mus. Loco Ramnulphi, alii Rabulphum scribunt,
sed minus bene.

c S. Ruricius seniore episcopum Lemovicensem
hic designari in Commentario num. 12 traditum fuit.
Hæc detectio ante annum circiter 490 referenda est.

d Idola forsitan metaphorice dicuntur loco mala-
rum cupiditatum. Sic apostolus dixit: quorum
Deus venter est.

e Id minus affirmative in S. Juniani Vita traditur.

f In Gallia Christiana (b) legi potest instrumen-
tum, quo Ademar, vicecomes Lemovicensis, anno
1062 S. Hugoni tradit monasterium S. Martialis
Lemovicensis. Quod vero S. Martialis Apostolus
hic dicitur, innititur vulgatissimæ Lemovicensi et
Burdigacensi traditioni. Edidit Labbeus (c) conci-
lium Lemovicense anno 1031 celebratum, in quo a
pluribus S. Martialis primus Apostolorum decla-
ratur. Quid de universa hac traditione sentiendum
sit, satis superque notum est. Vide Commentarium
prævium in Vita S. Martialis (d).

E

g Jacebat hoc monasterium in diocesi Sonto-
nensi; plura de eo videsis in Gallia Christiana (e).

h Ex hac animadversione intelligitur usum hunc
id temporis non obtinuisse in conobio San-Junia-
nensi; contra in tota Vita S. Hugonis nullum forte
invenies actum, qui præclarior ejus regularem ob-
servantiam significet. De hoc vero usu, quem gra-
viter in sua regula commendavit S. Benedictus, et
ultimis sæculis cleri receperunt, videndus est Hæf-
tenus in suis Disquisitionibus monasticis (f), hi-
storice et moraliter caput aut regulam De lectore
commentans. Quas peculiarem consuetudines circa
lectionem ad mensam usurparent Cluniacenses, di-
scere licet ex statutis et consuetudinibus Ordinis Clu-
niacensis cap. xxxviii. Ordo, vero quem S. Hugo
in audienda lectione Commodoliaci servavit, regulæ
sic sonanti conformis fere est: In lectione quæ fit
ad mensam hic servetur ordo. In primis legatur
Scriptura sacra veteris ac novi Testamenti, cui
succedat aliquis commentarius in sacram Scri-
pturam, vel libri ecclesiasticæ historiæ. Deinde
legantur Vitæ Sanctorum, vel aliqui libri pii in
vulgari, quos jusserit superior.

F

i Cum S. Hugo recta ad antrum, priorem S.
Amandi habitationem, perrexit, nonnihil verisi-
mile sit, ipsi innotuisse veteres eremitæ sæpius in
suis cellulis sepultos fuisse. Et quidem in hoc uno
præsenti volumine, habemus S. Leonardum, de quo
in sua Vita legitur (g): Sepultus est in supradic-
ta (sua) cella a Sancto Domnolo antedicto episco-
po; item S. Gallum abbatem, et S. Vitalem ere-
mitam, suis in cellulis sepultos, inferius videbimus.
Mirum est itaque nihil de eremitica hac disciplina
tradi a R. D. Antonio Binterim in Memorabilibus
Ecclesiæ Catholicæ (h), a Joanne Augusti in opere
de Archeologia Christiana, ab Spondano in Cæme-
teris Christianorum, a Franzenio in commentatione
de Funeribus Christianorum, a Cangio in Glossa-
rio, a Martenio in opere de antiquis Ecclesiæ Ri-
tibus, ab Hæsteno in Disquisitionibus monasticis
aliisque compluribus, quos de monachorum vel Chri-
stianorum funeribus disserere cognovi. Origo autem
eremitici hujus ritus explicari videtur in veteribus
Camaldulensium Constitutionibus, quas Helyot (k)

— (b) Denkw. der katol. kirche, tom. VI, part. III. — (c) Handbuch der Christl. archæol., t. III, c. XII. — (d) Hist. des Ordres Relig., t. V, p. 248.

- A *primum conditas fuisse assertit a B. Rodulpho anno 1102. Verum Miltarelli et Costadoni e Camaldulensium Ordine, scriptores insignis vastissimique operis Annalium Camaldulensium, ediderunt (a) Constitutiones anno 1080 a B. Rodulpho scriptas, alterasque (b) confectas anno 1085. Porro in prioribus cap. xxx præscribitur, ut si quis Camaldulensis in loco de Fonte-bono obierit, ad eremum sepeliendus deferatur. Justum est enim ut habeat sepulcrum suæ migrationis, ubi habitaculum habuit solitariæ sanctitatis. In posterioribus (c) idem præscribitur, et eadem datur ratio.*
- k Quo tempore hæc facta sint, num. 19 Commentarii expositum fuit.
- l Circa hanc inventionem nonnihil diversus est ab hac narratione Collinus, miraculis et visionibus ultra modum abundare gaudens. Hæc prætermittere lubet. Quare vero idem Collinus Amelium præpositum omittat, et Rammulpho præposituram assignet, non mihi patet.
- m De hoc canonicorum collegio plura habet Gallia Christiana (d).
- n Legesis quæ de hoc tempore num. 18 Commentarii prævii deducta sunt.
- B o De hac ecclesia dictum est num. 19.

VITA SANCTI JUNIANI

Monachi et Confessoris.

Ex Ms. Codice Cluniacensi.

PROLOGUS.

Utilitas vitam Sanctorum,

a

Quoties ad narrandas virtutes Sanctorum juslibet mens insonare voluerit, primitus de toto cordis adnisi eorum habitorem a debet obnoxia et humili prece deprecere; ut qui illis contulit virtutum abundantiam vel triumphum, nobis famulis suis ad eas narrandum vires tribuat, unde fidelium corda ad imitandum eorum opera fidelius accendantur; cum constet quod ad amorem cœlestis patriæ, non minus exemplis bonorum operum, quam prædicationis verbo animæ excitentur: ideoque dum de Sancti viri Juniani vita vel conversatione nobis sermo exoritur primum omnium qualiter vel quibus rebus ejus conversio ad Dei Omnipotentis notitiam cœpit exrescere, ponatur exordium.

C

ANNOTATA.

a Hæc, nisi ad verbum saltem quoad sententiam, hausta sunt ex prologo Vitæ S. Hilarionis, conscripta a S. Hieronymo. Vitæ ampliori, quam sæpius in Commentario laudavi, deest omnis prologus.

VITA

Tempore Clodovei regis Francorum

a

b

c

Cum valde in Galliarum vel Aquitaniæ provinciæ terminis sæva sub Gothorum rege Alarico a principe Ariana hæresis sectaretur, b et Francorum gens eo tempore gentilitatis teneretur errore, prædicante S. Remigio c Remensis urbis episcopo, Clodoveus rex Francorum cum multa

gentilium turba superstitiosa ac funesta ad baptismi gratiam convolvavit; qui mox cunctam gentem Francorum ad baptismatis partem exhortari ut sub leve jugum Christi fortia colla dulci onere delegarent*; qui mox, cum sacerdotibus d Christi præeunte gratia inito consilio, ut gens hæretica a Christianorum repelleretur dominatu, bellum cum supra dicto rege Alarico in Pictavorum terminis e indidit; moxque divino fultus auxilio, Ariarum interfecto principe cum suis satellitibus, a Galliarum atque Aquitanorum finibus ejus superstitionis abstulit* dogma, et cunctis unius veræ fidei Christianæ catholicæ religionis instituit disciplinam.

D

* Vita amplior delegaret d

* Vit. amp. sustulit

3 Sub eo fere tempore vir nobilis Amandus nomine, illustris f ortus natalibus, Euangelii non surdus auditor, relictis omnibus, in vastæ solitudinis g agro cujusdam viri nobilissimi sanctæ memoriæ Ruricii h Pontificis, cujus nominis vocabulum Commodoliacus dicitur, sibi haud grande tuguriolum, in quo remotiorem vitam duceret, visus est construxisse. Sed cum in eodem loco vitam virtutibus plenam duceret, ibi a pastore reperitur. Mox ut ad prædicti agri dominum ejus fama se intulit, pro opportunitate prædicti viri cellulam parvulam ei construi jussit: in qua cum solitariam vitam duceret, antiqui hostis certamina, ut fertur, non modica toleravit.

S. Amandus factus est eremita in agro Lemo-vicensi;

f

g

h

E

4 Tunc prædictus religiosus puer Junianus, relictis parentibus, hoc modo canere* cupiens, ut ab æternæ patriæ hæreditate minime privaretur, et prædicti viri Amandi institutis se Christi notitiæ commendare cupiens, ejus fores pulsare, ut sibi aperiretur, cœpit. Ad quas fores cum cognovisset eum esse, vir Dei æstimans ne illusio aut tentatio diabolica adfuisset, aliquandiu i se sub silentio dedit, nec tamen mox ei patefecit ingressum, donec probaret cujus rei causa prædictus venerabilis puer ad ejus cellulam accessisset. Sed agnitione comperta, mox eum cum gaudio suscepit, ac viam salutis ostendit. Quare Junianus tanta in humilitate tantaque sanctitate, opitulante Domini misericordia, excrevisse noscitur, ut non solum magistri imitator existeret, sed etiam amore divino succensus magistri vitam virtutemque succenderet k. Igitur iisdem diebus cum hujus Amandi obitu appropinquaret, felici decessu migravit ad Dominum; multos tamen, ut fertur, suo salvavit exemplo.

cui magistro S. Junianus se credidit; * Ex vita amp. currere

i

k

F

5 Post cujus obitum prædictus venerabilis vir Junianus in ejus cellula longo spatio temporis solitariam vitam duxit, cumque multis virtutibus polleret, quodam tempore coluber miræ magnitudinis l juxta ejus cellulam apparuit. Quo dum multi ob sanandos diversorum morborum incursum ad prædicti viri cellulam et commendandos se in ejus orationibus desiderarent accedere, a prædicta immani bestia lacerarentur, et non solum homines, sed etiam et pecora, quæ contingere poterat, sua sævitia devastabat. Conjuncti in unius* e vicinis locis uterque sexus hominum, prædictum Dei famulum deprecabantur, ut hanc bestiam suis orationibus ab eorum finibus depelleret, ne amplius in loco dispensia generaret, et eis præberet aditum, qualiter ad suam cellulam liberius haberent accessum. Quorum compulsus orationibus, vir Dei Spiritus Sancti fretus auxilio, cum hanc immanem bestiam de habitaculo suo prospiceret procedentem, extensa dextera vexillum crucis adversus eam opposuit, præci-

Mortuo magistro, S. Junianus fugat horrendum colubrum, l

* lege unum

(a) Tom. III, Append., col. 512. — (b) Ibid., col. 542. — (c) Ibid., col. 546. — (d) Tom. II, p. 552.

A piens in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut in eisdem locis ulterius habitare non præsumeret, nec malum cuiquam ingereret, antequam in maris pelagus cursum arriperet. Qui mox ad viri Dei imperium, multis cernentibus, relicto suo habitaculo, de eodem loco discessit, et per Pictavorum territorium *m* usque ad maris Oceani fluctus est ingressus. Prima itaque sanctissimi viri Juniani virtutum hæc materia vel testimonium fuit.

ope miraculosa aquæ pestem sedat;

n

deest gratia

B 6 Ut autem adsolet delicta populi ultio divina subsequi, eo tempore in Pictavorum finibus gravis pestilentia *n* clades multam partem ejusdem populi noscitur consumpsisse: nam cum prædicta plebs se cerneret interire et sæpe dicti Juniani opinio longe lateque tenderetur, multi se hoc videntes intire periculo, ad prædicti viri conveniunt cellulam, petentes ut eis aquam, quæ ei Domini fuerat collata, benedictam traderet, per quam imminens periculum ejus orationibus evaderent. Qui mox eisdem respondit, aliam se non habere aquam, nisi quam vicinus amnis, cujus nomen Vienna dicitur, ministraret. Sed cum illi persistentes peterent, et prædictus vir jejuniis et orationibus ac vigiliis suum corpusculum fatigaret, mane exorto lucis crepusculo, vidit in sua cella *o* ex rupis latere aquam uberius fundi, quam vir Dei cum gratiarum actione hauriens, et omnipotenti Domino benedicens, populo petenti detulit. Quibus ex fide suscipientibus, omnes qui ex eadem aqua suxerunt, suprascriptæ mortis periculum evaserunt; et illis ex ipsa aqua secum in suis regionibus deferentibus, quanti ex ipsa potum contigerunt, universi salutis gratiam receperunt; et supradicti viri virtutibus ac orationibus subvenientibus, per omnipotentis Domini gratiam et misericordiam a suprascripto populo hæc pestilentia clades abscessit; et multi ad ejus cellulam venientes sanitatis gratiam receperunt; plures autem procul positi ab ea clade per sancti viri benedictionem sanitati pristinae sunt restituti: nec dubitari potest ejus fuisse miraculum, qui olim antiquo populo, in eremo ob sitis inopiam clamitanti, aquam ex saxo protulit, unde ut tunc Israeliticus populus sumeret potius affluentem, et nunc famuli sui Juniani precibus ad diluendam morbi rabiem pro salute supradicti populi fons manaret ad gratiam.

C
diabolum, conatum igni se injicere, deturbat in Vignennam,

** forte auxilio*

p

7 Sed cum sæpe Sanctorum miracula invidi diaboli rabies vult insequi, et providentia divinae misericordiae quantum vult facere non permittitur, dum quadam die prædictus vir sanctus infra suam cellulam solitariam vitam duceret, et ad calefaciendum suum corpusculum ante prunas resideret, mox antiquus hostis cum violenti impetu ruens, ejusdem viri sancti membra in ipsis projecit incendiis; sed non defuit divinum auxilium ad liberandum quem diaboli tentatio arripuerat ad perdendum. Mox quippe divino liberatus servitio ** Sanctus vir ipsam cruentam bestiam, dum cellula ejus super saxum adesset, præcipitem p a vertice montis per ejusdem latus in amnem Vincennam visus est demersisse, et qui antiqui quondam sui populi hostis cum curribus et equitibus et quadrigis dimersis in mare profundum, nunc per suum auxilium prædicti sui famuli Juniani hostem diabolicum dimersit in amnem et qui se in initio suæ creaturæ contra ipsum auctorem vitæ, creatorem omnium Deum, voluit præponi, nunc etiam famulum Dei Junianum conatus est per suam prosternere malitiam; sed ab ipso potius victus atque prostratus est.*

8 Postquam vero se ereptum Dei omnipoten-

tis misericordia callidi hostis tentationibus intellexit, etiam divino fretus auxilio aliorum infirmitatibus compatiens, multos suis sanavit precibus *q*. Nam eodem tempore cæcus quidam ad eundem veniens, Sancti viri deprecatur obtutus, ut dum lumen oculorum amisset, orationibus ejus mereretur cæcitatibus tenebras amittere, et oculorum recipere sanitatem. Sed cum per biduum orationi fuisset intentus, die tertio claram se lucem, auctore Domino, visus est restituisse. Nec multo post alius etiam qui claudus et surdus esse videbatur, ad hujus Sancti viri defertur cellulam, deprecans ut qui cæco lumen reddiderat, ei gressum et auditum suis redderet precibus. Sed Sanctus vir orationem fundens ad Dominum, post aliquot dies cum reverteretur, exhortatur dicens ei, quod si fide intemerata maneret in Domino, non ambigeret recipere sanitatem; factumque est, dum infirmus gressibus vellet ad propria ex jussu hominis Dei remeare, ab utraque infirmitate solutus et ambulandi vires et audiendi recepit effectum. Quanti etiam ejus orationibus ab immundis spiritibus liberati, et quanti dæmones ex obsessis corporibus ejus sunt fugati orationibus, longius esset enarrare per ordinem.

9 Quidam autem eodem tempore illustris ortus natalibus, vir nobilis Ruricius, qui alio nomine Proculus vocabatur, rerum ditatus affluentis, dum in superbia fastu fuisset elatus, non immerito Dei omnipotentis dispensante judicio, ei traditur qui se in superbiam primus extulerat. Humiliatus sensit quantum tumidus amisisset; sed cum per medicos ac etiam, quod gravius est, per maleficos ac præcantatores a suis fidelibus etiam et a propriis vernaculis disceretur *r*, partemque substantiæ suæ per tales consumpsisset, qui etiam dum sanitati eum vellet restituere gravius persequentes, dum ab eo uno vellet ejicere, mox, ut fertur, legio in eum ingressa est dæmonum. Sed cum a pluribus acris exagigaretur, quid etiam sui agerent, ad se reversi cogitare cœperunt, scilicet ut eum ad sancti viri Juniani cellulam perducerent, ut qui ante a medicis curari non poterat, sancti Viri orationibus sanaretur. Salubri igitur consilio inito, ad hominem Dei pergitur: hoc tantum vir Dei hortabatur, ut jejuniis et orationibus ac vigiliis insistere et elemosynas de sua substantia largas pauperibus erogaret, quia hoc genus dæmonum aliter non potest vinci, juxta quod etiam Domini nostri Jesu Christi sententiam prolatam confirmabat; sed cum ipse multas efferret pecunias ut a tanto hoste mereretur curari, hoc sanctus vir protulit in responsis, quod non erat justum, qui sua propter Deum sponte reliquerat, ut aliorum opibus ditaretur; sed quod sibi offerebatur, hoc in pauperum substantiam erogaret, quia ipse eum potens erat a tanto hoste eripere, qui ex egrediente dæmoniaco homine legionem pepulerat, et in porcos ire permiserat. Sed cum diutius fuisset oratum et pro ejus sanitate multis jejuniis et vigiliis Dominum deprecaretur, ejus meritis sanitati pristinae restituitur, et ita divina præstante misericordia, tam sanus redditur, ut jam in eo ex ipsa malignorum spirituum turba ad imperium prædicti Dei famuli nullus præsumeret ad ejus corpusculum habere regressum, sed corpore ac mente a prædicti sancti viri Juniani oratione et correctione ita est sanitati redditus, ut post decessum patruelis *s* sui sanctæ memoriæ Domini Ruricii, quondam præsulis Lemovicæ urbis, institueretur episcopus. Ac post etiam prædictus vir Dei multis pollens virtutibus per

D
cæcum, et aliterum claudum et surdum sanat;

q

E

Ruricius juniorem, postea episcopum, liberat a legione dæmonum.

r

F

s

quadra-

A quadraginta annorum spatia in supradicto loco duxit solitariam vitam : sed quis nostrum narrare possit per singula quanta ibidem contra antiquum hostem habuisset certamina.

Moritur, se-
petitur, or-
natur tem-
plo, et mira-
culis claret.

10 Sed cum post tot labores jam misericors Dominus noster Jesu Christus eum ab hujus ærumnosæ vitæ periculis vellet in paradisi sedibus collocare, ac intra sanctorum Angelorum numerum sociare post tot temporum spatia, quibus hic laboriosam duxit in sæculo vitam, spiritum exhalavit extremum. Nedum immemor antedictus vir Ruricius seu Proculus quanta erga se prædicti viri sancti fuisset consecutus beneficia, basilicam t jussit fabricari, ubi sancta membra Beatissimi Juniani collocarentur, in quo etiam loco antea conversatio ejus fuit. Cum ex fide aliquid petitur, tanta ibidem misericordia Omnipotentis virtutum dignatur conferre præsidia, ut multi ægri ex diversis infirmitatibus ad prædictum virum Junianum venientes, sani facti discedant. Sed nos pauca de hujus virtutibus transeundo disseruimus, ut tanti viri memoriam posteris traderemus, ut qui multos sua sanavit virtute et suo ædificavit exemplo, suis nunc orationibus plebis hujus ita custos esse dignetur, ut et hic ejus suffragiis ab omnibus malis simus liberi, et in æterna beatitudine ejus mereamur precibus adæquari, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria, qui tantam gloriam præstat Sanctis suis, qui cum æterno Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen. u.

B

u

ANNOTATA.

a Alaricus II, Visigothorum rex ab anno 484, initio regni sui, persecutionibus adversus Catholicos flagrantibus finem fecit; atque adeo exulibus episcopis dioceses repetere, et synodos cogere permisit. Verum cum anno 496 Clodoveus Christianæ religioni dedisset nomen, et nonnulli episcopi, qui in Visigothorum ditionibus degebant, enatum sibi inde gaudium cum concepto adversus Arianas blasphemias horrore altius manifestarent, apud Visigothos in suspicionem venerunt, et denuo faces suas agitavit persecutio.

C

b Vita amplior, quæ primo capite simillima huic est, loco sectaretur habet grassaretur, quod melius est; in eadem paulo inferius omittuntur superstitiosa ac funesta; quam omissionem contextus sane non culpatur.

c Late de his egit P. Suyskenus tomo I Octobris in Vita S. Remigii.

d Meminit Cl. vir J. Moeller, Universitatis Catholicæ Lovanii professor, in insigni suo opere de Historia medii ævi, aliquot recentiorum historicorum sententiæ, qua plures episcopos, in temporalibus Alarico subjectos, conspiracy incusant. Crimen falsum esse ostendit laudatus historicus ex ipsis locis, quos adversarii ex Gregorio Turonensi (Hist. Franc. lib. II, cap. XXXVI, lib. X, cap. XXXI et cap. IV Vitar. Pat.) repetunt. Verum ne hic locus S. Juniani Vitæ immisceatur controversiæ, animadvertisse suffecerit, ante pugnam Vocladensem, Clodoveum consilium inire non potuisse cum episcopis, qui inter Visigothos versabantur. Habuit quidem prope Turones colloquium cum Alarico, at minime cum episcopis; neque ulterius ad ipsos transgressus est. Alibi vero nihil reperio de inito hoc cum sacerdotibus consilio. S. Gregorius Turonensis Hist. Franc. lib. II, cap. XXXVII ait tantum : Igitur

(a) Lection. Antiq., Canisii, tom. I, p. 356, edit. Basnagii.

Chlodovechus rex ait suis : Valde moleste fero, quod hi Arianam partem teneant Galliarum. Eamus cum Dei adjutorio, et superatis, redigamus terram in ditionem nostram. Cumque placuisset omnibus hic sermo, etc. Verumtamen dubium esse non debet quin episcopi, aliive sacerdotes adfuerint, quoniam ex quo tempore Franci ad fidem traducti sunt, episcopi interfuerunt eorum conventibus aut placitis.

D

e Chlodovechus rex cum Alarico rege Gothorum in campo Vogladense (aut Vocladensi, Vouglé vulgo) decimo ab urbe Pictava milliario convenit. Hæc S. Gregorius Turonensis Hist. Franc. l. II c. XXXVII. Reliqua hujus pugnæ adjuncta, quæ anno 507 illigatur, eodem loco explicantur.

f Numero 9 hujus Vitæ, loco illustribus recurrit illustris. Unde ille nævus in librorum non videtur rejiciendus.

g In Vita ampliori caput de cella Sancti Amandi Eremitæ in hæc verba sonat : Sub eo fere tempore vir nobilis, Amandus nomine, illustribus ortus natalibus, relictis omnibus, soli Deo placere ac servire desiderans, ut secretum Deo militaret, deserti loci secessum sibi in solitudine Lemovicum delegit in agro ejusdem viri nobilissimi sanctæ memoriæ Roricii pontificis, cujus nominis vocabulum Comodoliacus dicitur. Ubi turgiolium humile latenter construxit in clivo montis, in quo remotiorem vitam duceret. Qui locus a plaga orientali viginti ferme millibus ab urbe Lemovicensi sejungitur, et ab occidua quatuordecim a Pictavorum confiniis; ab australi Vigena subterlabens effluit, et a septentrionali Glana fluvius alveum nimis scopulosum habens, et pro cursu vicino alienis se undis commiscens a parte posteriori. Utriusque autem ripas rupes vastæ et prominentes coangustant et opacant, partemque situs inviam præ saxis faciunt. Hoc in loco factus est solitarius Deo soli et sibi cognitus. Vigema quæ alibi Vicenna, Vincenna, etc. dicitur, gallice audit Vienne; Glana vero nunc Glane apud Gallos appellatur.

E

h Cum ex epistolis S. Fausti Regiensis (a) videatur. Ruricius senior ante episcopatum monasticam vitam amplexus esse, Comodoliacensis agri donatio cum hoc proposito pugnaire censenda foret: nisi illum agrum accepisset, aut qua episcopus, aut qua donatarius sub lege eundem in pios usus impendendi.

i Eum diu noctuque sub divo ante fores cellulæ manere fecit, scribit S. Juniani Vitæ ampliator. Quale inde festum apud Lemovicenses ortum sit, num. 21 Commentarii prævii signatur.

k Vita amplior transcederet, non succederet, habet. Illi lectioni consona sunt Officium S. Amandi, et Vita a Bernardo Guidonis confecta.

l Non sane placebit illud miraculum viris, qui rerum naturalium studio distinentur. Raro enim in Gallia colubri sex pedes in longitudinem extenduntur, et virili brachio crassiores sunt; præterea eis non competunt quæ inferius de devastatis hominibus et pecoribus asseruntur; quin imo veneni expertes sunt. Viperæ autem, quæ dentibus venenum infundunt vulneribus, potuerunt exercuisse aliquam stragem. Verum, si tres pedes in Gallis excedant, miram magnitudinem jam obtinent; earum vero corpora vix pollicis crassitudinem assequuntur. Orta videtur hæc popularis traditio ex colubrorum in hoc loco præsentia, quam memorat Collinus, S. Amandi cellulam describens.

m Valde explicita olim fuerint oportet, quæ de hoc prodigio referebat populus; nam locum ipsum,

F

quo

A quo coluber mare ingressus tradebatur, determinabat: testis est Collinus, arenas Olonenses (Sables-d'Olonne, département de la Vendée) assignans.

n Gregorius Turonensis, Fredegarius atque alii rerum hujus ævi scriptores, a D. Bouquet editi, memorant lues plurimas atque pestes; verum harum nulla convenit cum hac, quæ tempore S. Juniani Pictavorum fines vastasset. Quod argumentum negativum infirmius tamen est, quam ut hæc rejiciatur narratio, potissimum, cum biographus scribat nosci hanc cladem; quod hujus Vitæ antiquitatem non nihil quoque suadet. Quæ inde apud Pictavienses orta forte sit erga S. Junianum religio, num. 22 Commentarii prævii fuit dictum.

o Vita amplior discedit hoc loco ab edita; illa scilicet habet: Jubare namque crastino terram irradiante, cum vir Dei de habitaculo suo ad plagam orientalem prospexit, ecce insperato vidit fontem scaturientem et impetu valido desilientem in proximum amnem; quem nemo antea viderat.

p Quid veri, quid falsi huic narrationi subleat, divinabit facile lector.

B q His miraculis adstipulatur S. Gregorii Turonensis textus num. 22 relatus.

r Sensus luxatus est; forte legi oportet: ad maleficos... duceretur.

s Fortunatus, qui Ruricium juniorem certo novit, non patrualem sed avum Ruricium seniorem nuncupat in epitaphio, quod de duobus Ruriciis conscripsit; excerpto distichon:

Accumulante gradus prænomine, sanguine nexi
Exultant pariter hinc avus, inde nepos (a).

Tametsi medio ævo vocabulum nepos, filium fratris indicabat, nec tantum, ut apud probe Latinos auctores, filium filii, (qua de re plura Vossium quævisse innotescit), litem de voce nepos movere nolo,

(a) Gall. Christ., tom. II, col. 503.

quandoquidem Fortunatus inter male Latinos computandus non sit. Cum ad diem XVII Octobris duorum SS. Ruriciorum gesta illustranda sint, non est quod hic refellam sententiam eorum, qui negant S. Ruricium seniorem ex matrimonio suo suscepisse liberos. Quod si jam de expulsionem dæmonum, quæ num. 9 S. Juniani Vitæ narratur, sententia exquiratur, duplex ponenda est quæstio: prior an Ruricii status morbidus ex dæmonum oriretur præsentia; altera an a S. Juniano reapse curatus sit. Ut affirmanter ad priorem responderetur, auctor saltem cævus neque credulior adesse deberet, siquidem quam difficile sit de vera possessione pronuntiare ex obviis catholicis theologis notum sit; ad posterius autem quæsitum annuendum esse arbitror, potissimum quidem quoniam non capio, qui populus adinvenisset S. Ruricium, suum episcopum, quem ecclesiastico cultu honorat, a dæmonibus fuisse possessum et a S. Juniano liberatum, nisi saltem ab aliquo epileptico curatus fuisset morbo.

t De hac basilica aut oratorio latius dictum fuit in Commentario prævio. Quæ vero num. 27 de loco, ubi S. Juniani corpus repositum fuit, reperire est, conferas cum his quæ Mabillonius in præfatione Sæculi II Benedic., et in epistola Eusebii Romani, Ruinartius in præfatione ad S. Gregorii Turonensis opera num. 53, aliove bene multos, qui vel de SS. tumulis vel de eorum canonizatione scripserunt. Facile inde intelligere erit, S. Junianum a S. Ruricio juniore fuisse canonizatum aut potius beatificatum, ut hodie loquimur.

u Hic sequebantur in Ms. codice, quæ ex S. Gregorio Turonensi num. 22 de S. Juniani miraculis retulimus, verba. In Vita ampliori ex iisdem verbis, latius dilutis, constatur integrum caput. Ea autem, utpote adjectitia, edendæ Vitæ subjicienda visa non sunt.

DE S. COLMANO, EPISCOPO

KILLRUADHENSIS, IN HIBERNIA.

C

SYLLOGE HISTORICA.

F

S. Colmani, Killruadhensis episcopi, adolescentia, disciplina, ætas.

SÆCULO VI.

S cotos Albionis et Scotos Hiberniæ nonnumquam confusos fuisse præterit neminem: unde accidit, ut, quotiescumque quorundam homonymorum Sanctorum gesta non apprimè noscuntur, ratio eos distinguendi non sit, quod hi a Scotis, illi ab Hibernis coli dicuntur. Quam ob rem non certo novimus an S. Colmanus, qui superioris die ex Scotorum Martyrologiis inter Prætermisissos relatus est, idem sit ac S. Colmanus, quem fasti sacri Hiberni hodierna die commemorant. Placet tamen affirmantium sententia, imprimis quoniam Martyrologia, qui unius meminerunt, alterum silent, et dies cultus quam maxime sibi propinqui sunt. Sed ad XXIV Novembris rediit locus hac de re dicendi. Porro S. Colmanus Killruadhensis episcopus nominatur die XVI Octobris in Festiologio B. Mariani Gormani, in Martyrologio Tamlactensi et in Martyrologio Dungalensi, iis scilicet, quæ a F. Michaele Clery exscripta et ex Hibernia Lovanium

transmissa, olim adhibita fuerunt a Colgano (vide præfationem ad lectorem ante Acta SS. Hiberniæ), et nunc in bibliotheca Burgundica Bruzellensi (a) asservantur. In Festiologio B. Mariani Gormani unice dicitur Colman, sed caractere paulo diverso adscripta sunt hibernice verba, quæ ita latine sonant: Colmanus, episcopus Killruadhensis in Dal-aradia juxta lacum Localaig in Ultonia. In Martyrologio Tamlactensi Colmanus Killruadhensis prodit; in Dungalensi Colmanus, episcopus Killruadhensis in Dal-aradia juxta lacum Localaig.

2 Dal-aradia autem regio nequit confundi, sic fere loquitur Rev. D. Lanigan (b), cum Dalrieda. Prior scilicet complectebatur partem meridionalem comitatus Antrim vergitque euronotum versus; major insuper pars comitatus Down, nisi integer hic comitatus, ad eam pertinebat. Porrigebatur vero a Newry usque ad montem Mis in

commoratus est in Dal-aradia,

(a) Numm. 1502, 1504, 5095. — (b) Ecclesiast. Histor. of Ireland, cap. v. not. 24, tom. I, p. 217.

baronia